

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ
ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ
ΛΟΓΟΣ.

IAMBLICHĪ CHALCIDENSIS
EX COELE-SYRIA
DE VITA PYTHAGORICA
LIBER
GRAECE ET LATINE.

TEXTUM POST LUDOLPHUM KUSTERUM AD FIDEM CDD.
MSS. RECOGNOVIT, ULRICI OBRECHTI INTERPRETATIONEM
LATINAM PASSIM MUTAVIT, KUSTERI ALIORUMQUE
ANIMADVERSIONIBUS ADIECIT SUAS

M. THEOPHILUS KIESSLING
SCHOLAE EPISCOPALIS CIZFNSIS CORRECTOR

ACCEDUNT

PRÆTER PORPHYRIUM DE VITA PYTHAGORÆ
CUM NOTIS LUCÆ HOLSTENII ET CONRADĪ RITTERSHUSII,
ITEMQUE ANONYMUM APUD PHOTIUM DE VITA PYTHAGORÆ,
VARIÆ LECTIONES IN IAMBLICHĪ LIBRUM TERTIUM ΠΕΡΙ
ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΣ ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ, ET QUARTUM
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ,
E CODICE CIZENSI ENOTATAE.



PARS PRIOR.

LIPSIÆ, MDCCCXV.

SUMTIBUS F. C. G. VOGLII.

REESE

VIRO MAGNIFICO

ILLUSTRI EXCELLENTISSIMO

IURISCONSULTISSIMO

CHRISTIANO GOTTLOB EINERT

**I. U. D. POTENTISSIMO SAXONIAE REGI A CONSILIIS AULICIS,
SENATUS LIPSIENSIS CONSULI PRIMARIO**

HUNC LIBRUM

ANIMI GRATISSIMI ET DEDITISSIMI SIGNIFICANDI CAUSA

SACRUM ESSE VOLUIT

EDITOR.

153656



P R A E F A T I O



Quod iam post Kusterum etiam librum Iamblichi de Pythagorica vita denuo typis exscribendum curauimus, hoc quanquam non ea ratione defendere possumus, qua vti licebat, quum ante biennium eiusdem philosophi λόγον προτρεπτικὸν edebamus, si quidem illius libri tum exstabat et vna et eadem vitiosissima editio Arcerii: huius tamen instituti non causam afferre possumus nullam, quam viris doctis probatum iri confidamus. Kusteriana enim editio quemadmodum iam in rarioribus librorum veterum editionibus numerari coepit, ita eadem, quum multis iisque egregiis ad accuratiorem graecae linguae cognitionem pertinentibus observationibus conspicua sit, philologi aegre carent. Huc accedit, quod etiam philosophiae veterum studiosi non possunt non optare, ut facilem copiam habeant ipsius Iamblichei opusculi. Quod licet dignissimum sit illis reprehensionibus, quibus a Meinersio in libro: *Geschichte der Wissen-*

schaften in Griechenland und Rom, Tom. I. pag. 271. exagitur, quum reuera materia in eo coaceruata rudis sit indigestaque moles, neque certo consilio collecta, quum singulae partes ne formularum quidem connectendi vinculo colliguntur, erroresque ab exscriptis auctoribus tum in rebus, quae narrantur, tum in temporum computatione commissi non magis corrigantur, quam differentiae diuersorum scriptorum tollantur, adeoque plurimae res diuersis locis *αὐτολεξεῖ* repetantur; quae res Kusterum in eam opinionem adduxerat, vt existimaret, vitae huic Pythagoricae non esse ab Iamblichō vltimam manum impositam, sed varia tantum collectanea ad hoc argumentum pertinentia confuse, vt fit, in schedas ab eo coniecta, vnde alii postea vitam hanc consarcinauerint; licet igitur tam nulla arte et diligentia hic liber corrasus sit, idem tamen cum Porphyrii libro eiusdem argumenti, deperditis maximam partem his scriptoribus, e quibus sua Porphyrius et Iamblichus exscripserunt, in primariis fontibus est habendus, vnde accuratior et plenior Pythagorici sodalitii cognitio hauriatur.

Kusterus de sua editione, quam anno 1707. Amstelodami vulgatam Ioanni Moro, Episcopo Noruicensi, inscripsit, in praefatione haec refert: „Iamblichum Nostrum περὶ Ἰνδαγορικῶν βίου primus publici iuris fecit (anno 1598. in 4. apud Commelinum) Arcerius Frisius; sed partim iniuria temporis, partim librariorum negligentia et imperitia adeo corruptum et deformatum, vt nesciam, an a renatis literis vllus scriptorum veterum pluribus mendis scatens in lucem vnquam exierit. „Quare mirum forsán cuipiam videbitur, „toto illo temporis spatio, quod a prima „editione iam effluxit, neminem inter eruditos scriptori huic tam male affecto ante „nos medicam manum admouisse. Spem „quidem nouae meliorisque editionis Orbi „Erudito fecerant Viri quondam Eruditissimi Vlricus Obrechtus, et Thomas Galeus: sed illorum conatibus ineluctabile „fatum intercessit. Quare cum prouinciam hanc, illorum morte vacuam relictam, a nemine occupari viderem, operae „pretium me facturum putauí, si nouam „Iamblichi editionem aggrederer, instructus ad id collatione MS. quam debeo

„singulari fautori et humanitati Virorum
„Clariss. Clementii et Boiuvini, qui instru-
„ctissimae Bibliothecae Regiae Parisiensi
„praesunt, mihiq̃ue, cum ante annos cir-
„citer octo Parisiis versarer, tanta comi-
„tate et facilitate aditum ad eam concesse-
„runt, vt Musarum fores, quod prouerbio
„dicitur, nusquam alibi magis apertas esse
„viderim. Huius codicis ope plurimas,
„easque foedissimas maculas ex Iamblichō
„detersi, et lacunas non paucas in eo sup-
„pleui; adeo vt, qui hanc Edit. cum priore
„comparare voluerit, immane inter vtram-
„que discrimen deprehensurus sit. Prae-
„terea, ex Illustriss. Ezechielis Spanhemii
„bibliotheca, quae Berolini est, nactus
„sum exemplar Iamblichi, ad cuius mar-
„ginem Nicol. Rigaltius, celebre quondam
„inter eruditos nomen, adscripserat varias
„lectiones eiusdem, de quo dixi, Msti Pa-
„risiensis; et praeterea coniecturas quas-
„dam et emendationes viri docti (Iosephi
„Scaligeri, vt puto,) quibus me in locis
„nonnullis difficilioribus non parum adiu-
„tum esse profiteor. Adhaec cum de con-
„silio meo edendi Iamblichum certior fa-
„ctus esset Vir Clariss. et de literis Graecis

„optime meritis, Ioannes Hudsonus, Bi-
„bliothecae Bodleianae apud Oxonienses
„Praefectus; misit ad me varias lectiones
„et emendationes in eundem scriptorem,
„quae in duorum Codicum impressorum
„margine calamo exaratae erant. Hae au-
„tem licet serius aliquanto et editione pene
„iam absoluta ad manus meas peruenerint;
„et praeterea non essent diuersae, cum a
„variis lectionibus Msti Parisiensis, tum
„a caeteris coniecturis, quas Nic. Rigal-
„tius, vt dixi, margini Codicis Spanhe-
„miani alleuerat (vt ex vno fonte vtrasque
„profluxisse appareret); non tamen ideo
„eruditissimi huius viri voluntas et bene
„de me merendi studium minus gratum
„mihi fuit. Vti vero hisce subsidiis ple-
„rorumque locorum Iamblichi emendatio-
„nem debeo; sic ad caetera, vbi ea spem
„meam destituerent, illustranda et inte-
„gritati suae restituenda qualescunque in-
„genii mei vires aduocaui; qua quidem in
„re an successus voto meo responderit,
„penes doctiores iudicium esto. Quod si
„forte quaedam diligentiam meam effuge-
„runt, neminem id miraturum puto, qui
„sciuerit, me tempore breuissimo, aliis-

„que urgentibus negotiis, operis huius te-
„lam detexuisse.“ Hactenus Kusterus,
quem hunc omnem laborem valde prope-
rasse, testantur tum multa loca male af-
fecta, quae intacta reliquit, tum ipsae
δεύτεραι φροντίδες, quibus in praefatione
nonnulla loca retractavit, quas viri egregii
observationes suo quamque loco reliquis
inseruimus. Atque hae ipsae curae secun-
dae Kusterique aliunde satis cognita prae-
stantia dubitari non sinunt, quin, si suae
editioni maiorem curam impendere vel
potuisset vel voluisset, textum is sic resti-
tuturus fuisset, ut posteris editoribus pau-
ca emaculanda relinqueret. Sed iam nobis
absque arrogantia affirmare licet, textum
in nostra editione, quam in Kusteri, quam
plurimis locis esse emendatiorem. In qua
textus recognoscendi et emendandi cura
adiuti sumus tum eodem codice Cizensi,
quem in praefatione ad Iamblichi *λόγον*
προτρεπτικόν pluribus descripsimus, tum
eiusdem codicis Parisiensis, e quo Kusteri
editio facta est, lectionibus, quae eadem
via ad nos peruenerunt, qua eiusdem co-
dicis lectiones in *λόγον προτρεπτικόν* nacti
eramus; in quibus quum plures optimae

notae, a Kustero non memoratas, deprehenderimus, hinc quoque intelligitur, quam, non dicam negligenter, festinanter certe Kusterus codicem Parisiensem contulerit. Item in vsum nostrum contulimus praeter Desiderii Heraldi in hunc Iamblichi librum animaduersiones, adiunctas illas huius viri docti Aduersariorum libris duobus (Parisiis 1599. in 8.) et iam a Kustero excussas, observationes Cuperi, Logani, Schwarzii, aliorum, quarum nobis fuit copia, easque omnes auctorum verbis aut plane non, aut leuiter mutatis reddidimus. Quanquam hic metuimus, ne, quandoquidem hic Iamblichi liber a viris doctis multo frequentius, quam reliqui, lectus, illustratus et emendatus est, probarum observationum per varios libros dispersarum satis largum spicilegium reliquerimus. Nonnullis locis iam Schaeferus, vir omni humanitate inter paucos insignis, pro suo literis bonis omni modo inseruienti studio et in me beneuolentia, quae me effugerant, docta manu suppleuit: id quod iis qui nostra editione vtentur, non minus, quam mihi, iucundum accidet. Porro consilium, quaecunque a viris doctis de hoc

libro passim monita essent, quantum possemus, omnia in hanc editionem congerendi, nos commouit, vt etiam Meinersii commentationem, insertam libro supra laudato Tom. I. p. 273 — 288. qua cum probabilitate efficere studet, quibus auctoribus singulae huius operis musiui partes sint assignandae, totam latine conuersam ita reciperemus, vt eius particulas singulis Iamblichi locis, ad quos pertinerent, praemitteremus, neque ea omitteremus, quae Wytttenbachius in Bibliotheca critica de nonnullis Meinersii opinionibus et Iamblichi locis pronuntiauit. Atque hic multi mecum dolebunt, quod Wytttenbachius, quippe qui cum paucis in hoc doctrinae genere regnet, non totius operis Iamblichei censuram egit. In Obrechtii versione latina, quam et ipsam, ne vlla Kusterianae editionis pars desideraretur, recudendam curauimus, non ea religione vsi sumus, qua Kusterus, vt qui eam, quamuis interdum ab orationis latinae puritate discedentem, talem prorsus, qualis ab auctoris manu profecta esset, non vero interpolatam lectori exhibendam censuerit. Mutauimus enim non solum illos locos, vbi Obrechtus

inuitis legibus grammaticis non accusativum cum infinitivo, sed *quod* cum verbo finito posuerat, sed passim etiam barbaris vocabulis bene latina substituimus, neque manum emendatricem ab iis locis cohibuimus, ubi Obrechtum, quem cum Kustero boni quidem et docti interpretis laude minime defraudamus, ab auctoris mente aberrasse manifestum esset. Quae libertas in nullius, opinor, reprehensionem incurret, quum haec interpretatio non eo loco possit haberi, quo habentur veteres nonnullae graecorum scriptorum interpretationes, quae, e codicibus factae, ipsae quoque propemodum codicum numero sunt habendae. Neque tamen tam multa in ea mutauimus, ut tota sit nostra, Obrechtii esse desierit.

In notis, quae nouae Kusterianis accesserunt, hoc potissimum egi, ut indicarem tum varias lectiones codicis Cizensis, non omissis vel apertis librarii vitiis, si quidem et haec in re critica non sunt nullius momenti; silentio tamen fere praetermisi, sic ubi noster codex veras lectiones a Kustero e Parisiensi receptas comprobaret; tum ea, quae in margine Iamblichi exemplaris ex editione Arcerii, a Kustero nomine codicis

Spanhemiani insigniti, a Rigaltio notata sunt, quorum complura Kusterus omiserat; denique diligenter rationem redderem, si quibus in locis, idoneis ductus argumentis, lectionem mutandam censerem. Quanquam enim auctoris textum non recensui, sed recognoui, saepius tamen huius editionis lectio a Kusteriana recedit, quod, qui vtramque inter se contulerint, facile animaduerterent. In quamplurimis vero locis, et iis quidem deprauatissimis, quum codices adhuc collati in vulgata labe conspirarent, in eo acquiescendum fuit, vt probabilem corrigendi rationem simpliciter in notis significarem. Et sane si in quoquam libro, in hoc Iamblichi saepissime incertissimum est, de lectionis veritate vel probabiliter pronuciare; nam non vnum hic scriptorem legimus, argumentum quoddam ratione ac via explicantem et certum scribendi genus, certum loquendi vsum sequentem, sed plurium scriptorum fragmenta inter se male cohaerentia et oratione dissimillima. Hinc fit, vt eo adminiculo, quod, si alios bonos auctores tractes, laborantibus locis in bene sanis paratum est, criticus hic prorsus destituatur. Interpretis denique partes fere

non egi, nisi in iis locis, ubi ad tuendum iudicium, quod in variis lectionibus coniecturisque siue probandis siue repudiandis sequeremur, vnice id necessarium esse videretur. Nec facile aliae possunt esse partes interpretis libri eius generis, cuius hic est, quam quas Meinersius, Tiedemannus et alii, qui res Pythagorae eiusque scholae accurate et copiose explicarunt, summa cum laude egerunt. Horum igitur libros diligenter euolui suisque locis citaui.

Cum Iamblichus nos quoque e Kusteriana editione coniunximus ob argumenti et materiae similitudinem (Kusteri verbis vtor) Porphyrium *) itemque Anonymum apud Photium de vita Pythagorae cum Notis in Porphyrium, quas vberes et amplas scripserunt Conradus Rittershusius et Lucas Holstenius. Rittershusii notas, a Kustero diu frustra quaesitas in variis Bataviae bibliothecis, tandem I. Alb. Fabricius ex exemplari Bibliothecae publicae Hamburgensis descriptas ad eum miserat. In limine notarum suarum quum Rittershu-

*) Hunc primus in lucem edidit Conrad. Rittershusius, Altorf. 1610. 8. Eam Edit. secuta est Romana, a. 1630. quam Lucae Holstenio debemus. Denique Cantabrigienses Editionem Holstenii (quae praeter Vitam Pythagorae, et alia Porphyrii opuscula continet) recudi curarunt, a. 1656. *Kutt.*

sus confudisset Malchum, alias *Porphyrium* dictum, cum Malcho Philadelphensi, rerum Byzantinarum scriptore, cuius Suidas et Photius mentionem fecerunt: postea errorem illum in iisdem notis ad Num. 27. ipse correxit, recteque Vitam Pythagorae ad Malchum Tyrium, siue Porphyrium, celebrem illum philosophum Platonicum, referendam esse vidit.

Nos denique appendicis loco huic editioni adiunximus varias lectiones codicis Cizensis in librum Iamblichi tertium *περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς*, et quartum *περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς*, vt, si quis in posterum hos libros editurus esset, ne boni illius codicis auxilio destitueretur. Nos enim Iamblicho, qui diu nos exercuit, iam vale dicimus: neque tamen nos operae in hoc scriptore qualicunque collocatae poenitet, quum eam a viris doctis non inutilem iudicatam esse cognouerimus.

Ita vale, Lector Beneuole, nostrisque conatibus etiam in posterum faue, et si animaduerneris, inoffenso pede vbiuis fere Te in Iamblicho progredi posse, scito, id etiam Schaefero, qui operas rexit, deberi.

Scr. Cizae, d. xxv. April. ciorccccxv.

ἸΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ΒΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

Tom. II.

A



ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.*)

- α. Προοίμιον περὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας, ἐν ᾗ θεων παράκλησις προηγείται, καὶ τὸ χρήσιμον καὶ δύσκολον τῆς πραγματείας συν-εμφαίνεται.
- β. Περὶ Πυθαγόρου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ἀνατροφῆς καὶ παιδείας καὶ τῶν ἀποδημιῶν καὶ τῆς εἰς οἶκον ἐπανό-δου καὶ τῆς ἐντεῦθεν εἰς Ἰταλίαν ἐξόδου, καὶ ὅλως περὶ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν βίου.
- γ. Τίς ὁ εἰς τὴν Φοινίκην αὐτοῦ ἔκπλους, καὶ τίς ἡ ἐκεῖ διατριβή, καὶ τίς ἡ ἐντεῦθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημία, καὶ πῶς γενομένη.
- δ. Τίς ἡ ἐν Αἰγύπτῳ αὐτοῦ διατριβή, καὶ πῶς ἐντεῦθεν ἀπεδήμησεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πῶς ἐκεῖ τοῖς μύθοις συνεγένετο.
- ε. Πῶς ἐπανήλθεν αὐθις εἰς τὴν Σάμον. τίς ἡ ἐν τῇ Σάμῳ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἐγένε-το διατριβή, καὶ πῶς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ

*) Haec capitum summaria, quae in Arcerii editione leguntur, a Kustero autem omissa sunt, etiam in Cod. Ciz. reperiuntur, et quidem aliis locis emendatiora, aliis vitiosiora.

θαυμαστῇ τέχνῃ ἐπαίδευσεν, ἀποδημίαι τε
 1) αὐτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας, καὶ τρόποι ἀσκή-
 σεως ἐν τῇ Σάμῳ.

ς. Αἰτίαι δι' ἃς ἀπεδήμησεν εἰς Ἰταλίαν, καὶ
 περὶ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ ταύτης, καθολι-
 κός τε διορισμὸς περὶ Πυθαγόρου, ὁποῖός
 τις ἦν, καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν φιλοσοφίας.

ζ. Κοινοὶ τινες ὥσπερ εἰ τύποι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ αὐ-
 τοῦ πράξεων, καὶ τῶν εἰς ἀνθρώπους ἐμφε-
 ρομένων 2) εἰς τὸ κοινὸν λόγων, ὁποῖοί τινες
 ἦσαν.

η. Πότε καὶ πῶς εἰς Κρότωνα ἐπεδήμησε, τίνα
 τε ἔπραξεν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιφοιτήσει, καὶ τί-
 νας λόγους εἶπεν εἰς τοὺς νεανίσκους.

θ. Τίνας λόγους διελέχθη ἐν τοῖς χιλίοις τοῖς
 προεστηκόσι τῆς ὅλης πολιτείας περὶ τῶν
 3) ἀρίστων λόγων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων.

ι. Τίνα τοῖς παισὶ Κροτωνιατῶν συνεβούλευσεν
 ἐν τῷ Πυθαίῳ 4) κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν.

ια. Τίνα ταῖς Κροτωνιατῶν γυναιξὶν ἐν τῷ
 Ἡραίῳ διελέχθη κατὰ τὴν 5) πρώτην ἐπιδη-
 μίαν.

1) αὐτοῦ] In Ciz. vt in Arc. edit. est αὐτῷ, quod corre-
 ximus.

2) εἰς τὸ κοινὸν λόγων] Ita Ciz. In Arc. edit. erat, εἰς τὸν
 κοινὸν λόγον.

3) ἀρίστων λόγων] In Arc. ἀριστολόγων. Illud est in Ciz.,
 sed ita vt verba περὶ ἀρίστων λόγων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων
 noui summarii speciem prae se ferant.

4) κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν] Ita Ciz. In Arc. κατ' αὐ-
 τοῦ ἐπιδ.

5) πρώτην] Hanc vocem addidi • Ciz.

ιβ. Τίς ἡ περὶ φιλοσοφίας αὐτοῦ διάλεξις, καὶ ὅτι πρῶτος ἑαυτὸν φιλόσοφον ἐπωνόμασεν, καὶ ⁶⁾ διὰ τίνα αἰτίαν.

ιγ. Ὅτι καὶ εἰς τὰ θηρία διατείνουσιν καὶ τὰ ἄλογα ζῶα τὴν ⁷⁾ διὰ λόγου παιδευτικὴν δύναμιν εἶχε Πυθαγόρας, καὶ τούτων τεκμήρια πλείονα.

ιδ. Ὅτι ἀρχὴν ἐποιεῖτο τῆς παιδείσεως τὴν ἀνάμνησιν τῶν προτέρων βίων· ὥς αἱ ψυχαὶ πρότερον διεβίωσαν, πρὶν εἰς τὰ σώματα ἀφικέσθαι, ἐν οἷς τότε ἐνοικοῦσαι ἐτύγγανον.

ιε. Τίς ἡ δὲ αἰσθήσεως πρώτη εἰς παιδείαν ἀγωγή παρ' αὐτῷ, καὶ πῶς ἐπηρεοῦτο τὰς ψυχὰς τῶν προσομιλούντων διὰ μουσικῆς, καὶ πῶς ταύτην αὐτὸς τὴν ἐπανόρθωσιν τελείαν εἶχε.

ις. Τίς ἡ καθαρτικὴ παρ' αὐτῷ ἄσκησις, ἣν καὶ αὐτὸς ὦν ἡσκεῖτο, τίς τε τελωτέρα ⁸⁾ αὐτῆς φιλοσοφίας ἐπιτήδευσις ἦν, καὶ αὕτη προπαρασκευάζουσα εἰς φιλοσοφίαν ἐπιτηδείους.

ιζ. Πῶς τὴν δοκιμασίαν ἐποιεῖτο τῶν πρῶτως προσιόντων ἐταίρων ὁ Πυθαγόρας, καὶ τίνας ἐποιεῖτο πείρας αὐτῶν τοῦ τρόπου πρὸ τῆς ⁹⁾ εἰς φιλοσοφίαν εἰσαγωγῆς.

ιη. Εἰς πόσα γένη καὶ πῶς διεῖλε τοὺς ὁμιλητάς

6) διὰ τίνα αἰτίαν] Ita Ciz. sed Arc. διὰ τίνος αἰτίας.

7) διὰ λόγου] Ita Ciz. In ed. Arc. διὰ λόγων.

8) αὐτῆς φιλοσοφίας] Ita Ciz. In Arc. αὐτῆς φιλάς.

9) εἰς φιλοσοφίαν] Ita Arc. In Ciz. φιλοσοφίας.

ἑαυτοῦ ὁ Πυθαγόρας, καὶ διὰ τίνας αἰτίας αὐτοὺς διέκρινεν.

ιβ. ¹⁰⁾ Ὅτι πολλὰς ὁδοὺς Πυθαγόρας ἀνεῦρε τῆς ὠφελίμου παιδείσεως τῶν ἀνθρώπων, ἐν ᾗ λέγεται καὶ ἡ Ἀβάριδος πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ συνουσία, πῶς τε αὐτὸν ἤγαγεν εἰς τὴν ἀκροτάτην σοφίαν καθ' ἑτέρας ὁδοὺς παιδείας.

κ. Τίνα τὰ ἴδια ἀσκήματα τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, καὶ πῶς αὐτὰ παρεδίδου Πυθαγόρας, καὶ ¹¹⁾ πῶς ἐγύμναζε τοὺς αἰεὶ μεταλαμβάνοντας τῆς φιλοσοφίας.

κα. Περὶ ἐπιτηδευμάτων, οἷα κατεστήσατο Πυθαγόρας, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας παρέδωκε τοῖς ἐταίροις ἐπιμελῶς πράττειν, καὶ παραγγέλματα τίνα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁμολογούμενα.

κβ. Τίς ὁ τρόπος τῆς παιδείας ὁ διὰ τῶν Πυθαγορικῶν ἀποφάσεων, καὶ τῶν εἰς τὸν βίον καὶ τὰς ἀνθρωπίνας ὑπολήψεις διατεινουσῶν.

κγ. Τίς ἡ διὰ συμβόλων προτροπὴ εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀπόρρητος δογμάτων ἔμφασις καὶ ἀποκεκρυμμένη μόνοις τοῖς εἰδόσι ¹²⁾ παιδείαν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πυθαγόρου κατὰ τὴν Αἰγυπτίων καὶ τῶν ἀρχαιοτάτων παρ' Ἑλλήσι θεολόγων συνήθειαν.

κδ. Τίνων ¹³⁾ ἀπείχετο βρωμάτων καθόλου

10) Ὅτι πολλὰς κ. τ. λ.] Haec in Ciz. cum summario praecedenti cohaerent.

11) πῶς] Hanc voculam addidi e Cd. Ciz.

12) παιδείαν] In Ciz. παιδίαν, παραδόθη. Deinceps ibidem desunt articuli τοῦ et τῶν.

13) ἀπείχετο] In Ciz. ἀπύχετο βρωμάτων.

Πυθαγόρας, καὶ τίνων τοῖς ἐταῖροις ἀπέχεσθαι ¹⁴⁾ παρήγγελλε, καὶ πῶς ἄλλους καὶ ἄλλους νόμους ἐνομοθέτησε περὶ τούτου κατὰ τοὺς οἰκείους βίους ἐκάστοις, καὶ διὰ τίνων αἰτίας.

κε. Πῶς καὶ διὰ μουσικῆς καὶ μελῶν ἐπαίδευε τοὺς ἀνθρώπους κατὰ καιροῦς τε ὠρισμένους, ¹⁵⁾ καὶ ὅτι μάλιστα παρηνόχλει αὐτοῖς τὰ πάθη, ¹⁶⁾ τίνας τε καθάρσεις νόσων ψυχῆς τε καὶ σώματος δι' αὐτῆς ἐποιεῖτο, καὶ πῶς αὐτὰς ἐπετήδευε.

κς. Πῶς τὴν εὐρεσιν ἐποιήσατο Πυθαγόρας, καὶ ἀπὸ ποίας μεθόδου ἁρμονίας τε καὶ τῶν ἁρμονικῶν λόγων, καὶ πῶς παρέδωκε τοῖς ἐπὶ ακόοις πᾶσαν τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην.

κζ. "Ὅσα πολιτικὰ καὶ κοινωφελῆ ἀγαθὰ παρέδωκε τοῖς ἀνθρώποις δι' ἔργων καὶ λόγων καὶ διὰ τῆς τῶν πολιτειῶν καταστάσεως καὶ τῆς τῶν νόμων θέσεως δι' ἄλλων τε πολλῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτός τε καὶ οἱ ἐταῖροι αὐτοῦ.

κη. "Ὅσα θεῖα καὶ θαυμαστὰ ἔργα διεπράξατο, καὶ ὅσα ἀνήκει εἰς εὐσέβειαν, καὶ διὰ τῆς τῶν θεῶν εὐμενείας τὴν μεγίστην παρέχεται

14) παρήγγελλε] Ita Arc. In Ciz. παρήγγειλε. Ex eod. Cd. post ἄλλους inserui νόμους. Vltimum vocabulum αἰτίας ibidem deest.

15) καὶ ὅτι] In Ciz. καὶ ὅτε. Deinceps παρηνόχλει.

16) τίνας τε] Ita Ciz. In Arc. deest τε. Idem Ciz. ἐπετήδευε.

εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν, ἃ καὶ κατεπέμφθη
εἰς τὸ θνητὸν γένος διὰ Πυθαγόρου.

κθ. Περὶ τῆς Πυθαγόρου σοφίας, τίς τε ἦν,
καὶ καθ' ὅσα γένη καὶ εἶδη διήρητο, ὅπως
τε ἀπὸ τῶν πρώτων μέχρι τῶν τελευταίων
γνωριστικῶν δυνάμεων τὴν ὀρθότητα καὶ
ἀκρίβειαν κατώρθωσε καὶ τοῖς ἀνθρώποις
παρέδωκε.

λ. Περὶ δικαιοσύνης, ὅσα τοῖς ἀνθρώποις εἰς
αὐτὴν συνεβάλλετο Πυθαγόρας, καὶ ὥς ἄνω-
θεν ἀπὸ τῶν ἄκρων αὐτῆς γενῶν μέχρι τῶν
τελευταίων εἰδῶν ἐπετήδευσεν αὐτὴν καὶ πα-
ρέδωκε τοῖς ἅπασιν.

λα. Περὶ σωφροσύνης, ὅπως αὐτὴν ἐπετήδευσε
Πυθαγόρας καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς ἀνθρώ-
πους διὰ λόγων τε καὶ ἔργων καὶ πάσης κτί-
σεως, πόσα τε αὐτῆς εἶδη, καὶ τίνα κατεστή-
σατο ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

λβ. Περὶ ἀνδρείας ὅσα καὶ οἷα παραγγέλματα
Πυθαγόρας παρέδωκεν εἰς ἀνθρώπους, ἀ-
σκήματά τε ὅσα καὶ ἔργα γενναῖα τὰ ¹⁷⁾ μὲν
αὐτὸς διεπράξατο, τὰ δὲ καὶ τοὺς χρωμένους
αὐτῷ ἐποίησε διαπράσσασθαι.

λγ. Περὶ φιλίας οἷα τε ἦν καὶ ὅση ¹⁸⁾ παρὰ Πυ-
θαγόρα αὐτὴ, καὶ ὅπως εἰς πάντας αὐτὴν διέ-
τεινε, πόσα τε αὐτῆς εἶδη κατεστήσατο, καὶ

¹⁷⁾ μὲν] In Ciz. μετά.

¹⁸⁾ παρὰ Πυθαγόρα] Ita Arc. In Ciz. παρὰ Πυθαγόρους
(fort. παρὰ Πυθαγορείους). Pro οἷα erat οἷα in Arc.
et Ciz.

τίνα ἔργα σύμφωνα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν οἱ Πυθαγόρειοι διεπράξαντο.

λδ. Σποράδην ¹⁹⁾ τινὲς ἀφηγήσεις περὶ ὧν εἶπε καὶ ἔπραξε Πυθαγόρας αὐτὸς ἢ οἱ διαδεξάμενοι αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν, ²⁰⁾ ὅσαι οὐκ εἴρηνται εἰς τὴν τεταγμένην κατὰ ἀρετὰς περὶ αὐτοῦ διήγησιν.

λε. Τίς ἢ ἐπανάστασις κατὰ τῶν Πυθαγορείων ἐγένετο, καὶ ποῦ ὄντος Πυθαγόρου, καὶ διὰ τίνας αἰτίας ἐπέθεντο αὐτοῖς οἱ τυραννικοὶ καὶ ἀλιτήριοι ἄνδρες.

λς. Περὶ τῆς διαδοχῆς τοῦ Πυθαγόρου καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν παραλαβόντων παρ' αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν.

19) τινὲς] In Arc. τινες.

20) ὅσαι] Addidi e Ciz.

(1) ἸΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΤΗΣ ΚΟΙΛΗΣ
ΣΤΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΒΙΟΥ
ΛΟΓΟΣ. *)

Κ Ε Φ. α.

Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας *) ὁρμῇ θεὸν δὴ-

*) Ἰαμβλίχου — λόγος.] Haec est huius libri epigrapha in Codice Cizensi, paulum diuersa illa tum ab ea, quae exhibetur in edit. Arcerii: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς κοίλης Συρίας περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου καὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἰρέσεως λόγος πρῶτος. tum ab ea, quae in edit. Kusteri: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου λόγος. Kiess. Liber hic de Vita Pythagorae primus est ex quatuor illis, quos Iamblichus de Secta Pythagorica scripserat. Reliqui tres sunt, Προτρεπτικός εἰς φιλοσοφίαν, editus ab Arcerio una cum Vita hac Pythagorae: Περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης, editus a Samuele Tennulio: Περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, qui nondum lucem adspexit. (Iam editus est e Cod. Marciano a Villoisono in Anecd. Gr. Vol. II. p. 188. sqq. Kiess.) Clare hoc docet codex MS. Bibliothecae Reg. Paris. in quo quatuor opuscula modo laudata continentur. Is enim talem praefert titulum: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἰρέσεως λόγοι. α. Περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου. β. Προτρεπτικός εἰς φιλοσοφίαν. γ. Περὶ τῆς κοινῆς Μαθηματικῆς ἐπιστήμης. δ. Περὶ τῆς Νικομάχου Ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης καὶ περὶ Γεωμετρίας καὶ περὶ Μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείους. Hinc apparet, quare Sopater, vel Marcellinus in Hermogenem p. 383. Edit. Ald. historiam de adolescente quodam comessabundo referens, quae in Vita hac Pythagorae cap. XXV. extat, Iamblichum Nostrum laudet ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἰρέσεως. Nimirum, titulus περὶ τῆς Πυθαγορείου (vel Πυθαγορικῆς) αἰρέσεως erat generalis, qui quatuor libellos ante dictos ambitu suo complectebatur. Nos hic

IAMBlicHI CHALCIDENSIS EX COELE-SYRIA
DE PYTHAGORICA VITA LIBER.

C A P. I.

Quum omnibus cordatioribus quidem, qui

primum tantum damus: quem mox, ut spero, sequetur Προτρεπτικός εἰς φιλοσοφίαν, ab amicissimo eodemque eruditissimo Ioanne Alberto Fabricio, qui de re literaria tam praeclare meretur, in lucem edendus. (Vid. praefation. nostr. Protreptici edit. p. 8. sq. *Kieß.*) Notandum autem est, librum hunc inscribi περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου, quod non simpliciter valet de Vita Pythagorae; sed de ratione vitae, quam Pythagoras eiusque sectatores ad exemplum magistri sui instituerunt. Sciendum enim est, Iamblichum in hoc libello non solum vitam Pythagorae, sed etiam sectatorum eius mores et instituta describere. *Kust.* Priora quinque capita usque ad sect. 30., censente *Meinersio* in libro: *Gesch. d. Wiss. in Griechl. u. Rom.* Vol. I. p. 273. sq. sumta sunt ex Apollonio Tyaneo. Hunc enim locum omnem vnius esse auctoris, uti patet ex orationis aequalitate, narrationisque perpetuitate, ita Apollonium esse hunc auctorem, intelligitur tum ex Apollonii fragmento, quod in Porphyrio (sect. 2.) legitur et ab Iamblichio (sect. 4. 5.) repetitur, tum ex eo; quod, quae in hoc fragmento traduntur, cum iis Philostrati locis conueniunt, quae partim demonstrant, quid Apollonius de Pythagorae vita et philosophia senserit, partim momenta enumerant, in quibus ille huius similis esse voluerit. Quid? quod ne prima quidem et secunda paragraphi sunt Iamblichi, sed Apollonii, et quidem libri, quem de Pythagorae vita scripserat, proemium. Id cognoscitur non solum e pietate, quam oratio prodit, e precibus, deorum invocatione, sed

που παρακαλεῖν ἔθος²⁾ ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν·
 ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θείου Πυθαγόρου δικαίως ἐπω-
 νύμῳ νομιζομένη πολὺν δῆπου μᾶλλον ἀρμόττει
 τοῦτο ποιεῖν. Ἐκ θεῶν γὰρ αὐτῆς παραδοθεί-
 (2) σης³⁾ τὸ καταρχάς, οὐκ ἔνεστιν ἄλλως ἢ δια
 τῶν⁴⁾ θεῶν ἀντιλαμβάνεσθαι. ⁵⁾ πρὸς γὰρ

etiam inde, quod auctor declarat, se sibi Pythagoram,
 parentem philosophiae diuinae, pro exemplo esse pro-
 positurum: denique ex eo, quod tum conqueritur,
 difficilem esse rerum Pythagorae peruestigationem, tum
 proficitur, ex longo inde tempore philosophiam Pytha-
 goricam neglectam iacuisse. Quorum nihil Iamblichus
 quidem dicere potuit, quum iam ex tribus saeculis de-
 nuo philosophi exstitissent, quos ipse Pythagoreorum
 nomine dignos censeret, quorumque libros legeret, et
 quum idem omnia scripta Pythagoreis vulgo tributa pro
 genuinis haberet. Haec Meinersius, quibus adde, quae
 idem vir doctus in eodem libro p. 238. sqq. monuit, ad
 quae pertinet hoc Wyttenbachii iudicium in Bibl.
 crit. Vol. II. P. VIII. p. 120. sq. „Locos illos apud
 „Porphyr. et Iambl. e libro Apollonii Tyanei esse, su-
 „spicatus iam erat Ionsius, III, 5, 4: quem secutus vi-
 „detur Fabric. B. G. T. I. p. 492, nec tamen repetiit
 „sententiam suo loco T. IV. p. 60. Sed hoc totum no-
 „bis minime persuadent rationes a Viro Cl. allatae.
 „Eum simpliciter *Apollonium* vocari, nihil efficit pro
 „sententia Viri Cl. potius contra eum valet. Nam si
 „Tyaneus foret, aliquam eius rei mentionem fecissent
 „Porphyrus et Iamblichus: aut certe eius auctorita-
 „tem prae reliquorum auctoritate extulissent, et plura
 „ex eo libro attulissent. Nunc *Apollonius* vocatur, vt
 „vnus e reliquis. Apuleius Tyaneum simpliciter *Apol-*
 „*lonium* nominare poterat, vt in recenti eius memoria
 „et enumeratione Magorum. Porro ratio et oratio illo-
 „rum locorum apud Porphyr. et Iamblichum habet
 „simplicitatem, elegantiam, doctrinam, nec notas fana-
 „tici ingenii, quo Tyaneus censetur: nisi forte de Py-
 „thagorae e monte Carmelo descensu et nauigatione:
 „quae tamen eiusmodi sunt, vt ab alio quouis non im-

de qualicunque philosophia tractaturi sunt, in more positum sit, vt a dei inuocatione initium capiant; tum vel maxime in illa id facere par est, quam diuini Pythagorae cognomine censi iure meritoque obtinuit. Etenim quum origo eius a diis promanarit, nefas fuerit eam aliter quam ipsorum ope atque auxilio capessere. Adeo enim et

„prudente nec contemnendo Platonico dici potuerint.
„Quid? quod eos reprehendit, qui Pythagoram matre
„ex Apolline conceptum prodiderant: ap. Iambl. 7.
„*Tyanei* Vitam Pythagorae vnus memorat Suidas;
„cuius error forte inde ortus est, quod *Δόξας Πυθαγόρου*
„ap. Philostrat. VIII, 19, cum *Vita Pythagorae* ab alio
„Apollonio scripta confudit. Ceterum Apollonius *ὁ Μῦς*,
„quem e Strabone memorat V. Cl., longe alius et ab
„hoc loco alienus est.“

- 1) ὄρμη] Ita recte Ciz., et vel sine hac auctoritate pro ὄρμης, quem casum dant edd. Arc. et Kust., dativus reponendus erat, quum deinceps haec legantur: ἐπὶ δὲ τῇ—νομιζομένη, omnisque locus expressus sit ad hunc Platonis in Timaeo p. 301. Bip. ἀλλ', ὃ Σώκρατες, τοῦτο γε δὴ πάντες ὄσοι καὶ κατὰ βραχὺ σαφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ πάσῃ ὄρμῃ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θιδὸν αἰὲ πον καλοῦσιν. Vocabul. ὄρμη sequente genitivo est prima operis aggressio. *Kiess.*
- 2) ἵπασιν] In Ciz. ἵπασιν, et deinceps ἐπὶ pro ἐπὶ. *Kiess.*
- 3) τὸ καταρχάς] Ciz., τοκαταρχάς Par., τὸ κατ' ἀρχάς edd. Arc. et Kust. *Kiess.*
- 4) Θεῶν] Haec vox ex prior Edit. exciderat, quam ex MS. reuocauimus. *Kust.* Reinesius in Cd. Ciz. verba διὰ τῶν punctis notavit, et margini adscripsit: δι' αὐτῶν, sc. Θεῶν. *Kiess.*
- 5) πρὸς γὰρ τοῦτο] Syntaxis et sensus requirunt, vt

τοῦτο καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ το μέγεθος
 6) ὑπεραίρει τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὥστε ἐξαί-
 φνης αὐτὴν [μὴ] κατιδεῖν· ἀλλὰ μόνον ἂν τις
 τῶν θεῶν εὐμενῶς 7) ἐξηγουμένων κατὰ βραχὺ
 8) προσιῶν ἡρέμα ἂν αὐτῆς παρασπάσασθαι τι
 2 δυνήθει. Διὰ πάντα δὴ οὖν ταῦτα παρακαλέ-
 σαντες τοὺς θεοὺς ἡγεμόνας καὶ ἐπιτρέψαντες
 αὐτοῖς ἑαυτοὺς 9) καὶ τὸν λόγον ἐπώμεθα, ἥ ἂν
 τάττωσιν, οὐδὲν ὑπολογιζόμενοι, τὸ πολὺν ἤδη
 χρόνον ἡμελῆσθαι τὴν αἵρεσιν ταύτην, καὶ το
 μαθήμασιν ἀπεξηνωμένοις καὶ τισιν ἀπορρήτοις
 συμβόλοις ἐπικεκρύνθαι, ψεύδεσί τε καὶ νό-
 θοις συγγράμμασιν ἐπισκιάζεσθαι, ἄλλαις τε
 πολλαῖς τοιαύταις δυσκολίαις παραποδίζεσθαι.
 ἔξαρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν θεῶν βούλησις, μεθ'
 ἧς καὶ τὰ τούτων ἔτι ἀπορώτερα δυνατόν ὑπο-

legatur πρὸς τοῦτο, vel πρὸς τοῦτοις, i. e. praeter ea.
 Deinde scribe ὥστε ἐξαίφνης αὐτὴν μὴ κατιδεῖν· quem sen-
 sum Interpres etiam ob oculos habuit. Kust. Lectio
 πρὸς τοῦτο, quam etiam Ciz. tuetur, non est mutanda,
 quum πρὸς τοῦτω vel πρὸς τοῦτοις omnem orationis con-
 sequentiam peruerteret. Vocula enim γάρ, quae osten-
 dit, ea quae sequuntur, continere causam, quamobrem
 in hac explicanda philosophia deorum auxilio opus sit,
 hoc quidem loco conciliari non potest cum lectione
 πρὸς τοῦτοις. Omnia autem bene cohaerent, si πρὸς
 τοῦτο veritas adeo, ut idem valeat, quod eis τοσούτο·
 quae significatio, minus quidem vsitata, genio tamen
 linguae non aduersatur. Atque ad hanc rationem
 Obrechtii interpretationem mutavi. Quod autem Ku-
 sterus censet, excidisse μὴ, in eo neminem non habebit
 consentientem. Sed quum incertum sit, quo loco
 hoc μὴ sit ponendum, vncis id inclusum contextis inse-
 rendum curavi. Kiess.

pulchritudine sua et maiestate humani ingenii captum superat, ut vno statim intuitu eam complecti nequeat; sed tum demum paulatim inde aliquid decerpere quis possit, si quieto animo beneuolum deorum ductum sequens ad eam aggrediatur. Quapropter et nos diis ducibus coepto aduocatis nosmetipsos pariter et stilum permitamus, quacunque iusserint, secuturi; neque scrupulum nobis iniiciet, quod iam diu neglecta iacuerit haec secta, peregrinis quippe disciplinis et arcanis quibusdam symbolis inuoluta, quodque etiamnum supposititiis atque adulterinis scriptis obfuscetur, multisque aliis id genus difficultatibus obsepiatur. Abunde enim nobis praesidii est in deorum voluntate, qua propitia multo his etiam ma-

6) ὑπεραίρει] Cum edd. Arc. et Kust. Cd. Ciz., at Cd. Par. ὑπαίρει. Μόνον Kust. e Cd. Par., μόνως Ciz. cum Arc., quae forma ut hic non admittenda, ita vocabulis modum, quo quid fit, significantibus, ut οὕτω μόνως, addenda est. *Kiess.*

7) ἐξηγουμένων] Sic recte MS. Male antea ἐξηγουμένου. Refertur enim ad Θεῶν. Kust. Etiam Ciz. ἐξηγουμένου. *Kiess.*

8) προσιών] Obrecht. vertit: *si in ea progrediatur*, quasi legerit προΐων. quod huic loco, qui requirit notionem accedendi ad philosophiam, ut particulae inde decerpantur, aduersatur. Phrasis autem παρασπάσασθαι τι, auellere, demere aliquid, opponitur alteri, ἐξαιρέτης αὐτὴν κατιδεῖν, in qua, ut in Platon. Soph. 16., κατιδεῖν significat penitus perspicere. *Kiess.*

9) ἑαυτοῦς] De prima persona: vid. ad Protrept. p. 28. et Perizon. ad Aelian. V. H. lib. I. 21. Pro ἀντι-

μένειν. μετὰ δὲ θεοὺς ἡγεμόνα¹⁰⁾ ἑαυτῶν προστησόμεθα τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς θείας φιλοσοφίας, μικρὸν γε ἄνωθεν προλαβόντες περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ καὶ τῆς πατρίδος.

(5)

Κ Ε Φ. β.

3 Λέγεται δὴ οὖν, Ἀγκαῖον, τὸν κατοικήσαντα τὴν Σάμον τὴν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ, γεγεννηθῆναι¹⁾ μὲν ἀπὸ Διός, εἴτε δι' ἀρετὴν, εἴτε διὰ ψυχῆς τι μέγεθος ταύτην τὴν φήμην αὐτοῦ ἀπενεγκαμένου· φρονήσει δὲ καὶ δόξῃ τῶν ἄλλων Κεφαλλήνων²⁾ διαφέρειν. Τοῦτ' οὖν δὲ γενέσθαι χρησμον παρὰ τῆς Πυθίας³⁾, συναγαγεῖν ἀποικίαν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ ἐκ τῆς Ἀρκαδίας καὶ ἐκ τῆς Θετταλίας, καὶ προσλαβεῖν ἐποίκους παρὰ τε τῶν Ἀθηναίων καὶ παρὰ τῶν Ἐπιδaurίων⁴⁾ καὶ παρὰ τῶν Χαλκι-

τωμένοις quin ἐπεξεωμένοις legendum sit, vix dubium esse potest. Qui enim ἀποξενοῦσθαι significare possit peregre aduenire? *Kieß.*

10) ἡγεμόνα] Arc. Kust., ἡγεμόνας Ciz. vitio librarii, qui ipse syllabae as superscripsit α. At ex eodem Ciz. reposuimus προστησόμεθα pro προσθησόμεθα, quod in edd. Arc. et Kust. legitur. Pro μικρὸν γε, quod tuentur edd. Arc. et Kust., in Ciz. est μικρὸν τε, quo paene adducor, ut scribendum censeam μικρὸν τι, ut hic sensus existat: postquam rem altius repetendo pauca quaedam de eius stirpe et patria praemisimus. Nam vsus loquendi potius postulat προλαμβάνειν τι περὶ τινος quam προλαμβάνειν περὶ τινος. Ceterum μικρὸν ἄνωθεν et apud alios scriptores legitur, ut apud Sext. Empir. p. 500. ad quem locum vid. Fabric., et apud ipsum Iamblich. cap. 26. sect. 115. *Kieß.*

gis ardua sustinere pronum fuerit. Secundum deos autem ipsum etiam diuinae huius philosophiae principem parentemque nobis ducem praeficiemus: de cuius maioribus atque patria paulo altius quaedam repetemus.

CAP. II.

Ancaeum igitur, Sami, quae in Cephalenia sita est, incolam, Ioue natum esse ferunt, siue virtute, siue animi magnitudine hanc sibi famam pepererit; prudentia vero nominisque gloria inter caeteros Cephalenaeos facile principem fuisse. Traditur autem, hunc a Pythia oraculo monitum, ut contractis e Cephalenia, Arcadia et Thessalia colonis, accitisque ex Attica, Epidauro et Chalcide demigrationis sociis, coloniam

1) γεγεννησθαι] Kust., γεννησθαι Arc., γεγενησθαι Ciz. Idem Ciz. deinceps pro altero *ἔτε* habet *ἤτε*, quod vitium ibidem paulo inferius recurrit. Idem denique *ἐπερχαμένον* et *φρόνησι*. De re narrata conf. Tiedemannii liber: *Griechenlands erste Philosophen*, p. 218. sq. qui vir doctus et ipse hunc omnem locum vindicat Apollonio Tyaneo. *Kiess*.

2) *Κεφαλλήνων*] Ita recte cum Arc. edit. Cd. Ciz., nisi quod hic per simplex *ἱ*, quemadmodum et infra *κεφαλήν* de qua duplici nominis scribendi ratione vid. Cellar. Not. orb. ant. p. 1240. Add. Tzschucke ad Strab. lib. XIV. Tom. V. p. 522. Vitiose Kusteri edit. *Κεφαλληνέων*, quum incolae appellentur *Κεφαλλήνες*. *Kiess*.

3) *Πυθίας*] Kust. et Arc., *Πυθειας* Ciz. *Kiess*.

4) *καὶ παρὰ τῶν Ἐπιδαυρίων*] Haec verba, quae in edd. Arc. et Kust. leguntur, in Ciz. desunt. *Kiess*.

δέων, καὶ τούτων ἀπάντων ἡγούμενον οἰκίσαι
 νῆσον τὴν δι' ἀρετὴν τοῦ ἐδάφους καὶ τῆς
 γῆς Μελάμφυλλον ⁵⁾ καλουμένην, προσαγορεῦ-
 σαί τε τὴν πόλιν Σάμον ἀντὶ τῆς Σάμης ⁶⁾ τῆς
 4 ἐν Κεφαλληνίᾳ. Τὸν μὲν οὖν χρησμὸν συνέβη
 γενέσθαι τοιοῦτον·

Ἀγκαῖ ⁷⁾, εἰναλίαν νῆσον Σάμόν ἀντὶ Σάμης σε
 οἰκίξιν κέλομαι· Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

Τοῦ δὲ τὰς ἀποικίας ἐκ τῶν τόπων τῶν προει-
 ρημένων συνελθεῖν σημειῶν ἐστὶν οὐ μόνον αἱ
 (4) τῶν θεῶν τιμαὶ καὶ θυσίαι, διότι μετηγμέναι
 τυγχάνουσιν ἐκ τῶν τόπων, ὅθεν τὰ πλήθη
 τῶν ἀνδρῶν συνῆλθεν· ἀλλὰ καὶ ⁸⁾ τῶν συγ-

5) Μελάμφυλλον] Prior Edit. minus recte Μελάμφυλον·
 quod etiam ante notauerat Luc. Holsten. ad Stephe-
 num Byzant. v. Σάμος. Kust. Etiam in Ciz. Mi-
 λάμφυλλον. Kiess.

6) Σάμης] Scribe Σάμης (pro Σαμίης, quod post Arce-
 rium Kusterus in textu reliquerat. In Ciz. est Σάμης.
 Kiess.); vt recte in oraculo, quod statim subiungit-
 ur. Vide etiam Geographos veteres, apud quos iti-
 dem urbem hanc Σάμην appellatam fuisse legas. Kust.
 Pro προσαγορεῖσθαι, quod recte legitur apud Kust., in
 Ciz. est, vt in edit. Arc., προσαγορεύουσι. Deinceps Ciz.
 τὴν ἐν κεφαλληνίᾳ. Kiess.

7) Ἀγκαῖ] In Ciz. Ἀγκαῖς et οἰκίξει. Ad Φυλλὰς Rei-
 nesius notauit: Φυλλίς, Hes. Kiess.

8) τῶν συγγ. καὶ τ. μ. ἀλλ. συν.] Nihil praecessit, ad
 quod genitini hi referri possint. Quare ne dubites
 scribere casu recto, αἱ συγγένειαι, καὶ αἱ μετ' ἀλλήλων
 σύνοδοι· quam lectionem doctus etiam Interpres in
 versione sua expressit. Kust. I. C. Schwarzius in
 emendationibus, quae insertae sunt supplementis Acto-
 rum Eruditor. tom. VIII. sect. VIII. p. 356 — 361.
 hunc locum sic emendatum dedit: ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν
 συγγενειῶν κ. τ. λ. quam scripturam ita interpretatur:

ad inhabitandam insulam deduceret, quae a soli terraeque bonitate Melamphyllus appellabatur, urbemque a se conditam pro Same Cephalleniae Samum nominaret. Oraculum ipsum huiusmodi fuit:

Linque Samen, Ancaee, Samum sed conde: profundo
Insula cincta mari est antiquo nomine Phyllas.

Coloniam autem ex dictis locis adunatam fuisse, non tantum deorum cultus et sacra ex iis regionibus una cum demigrantibus translata, verum etiam cognatae familiae, so-

Colonos autem ex iis, quae dixi, locis conuenisse, ostendunt honores et sacra non modo deorum (propterea quod una cum ipsa hominum, qui confluxerant, multitudine importata sunt), sed etiam familiarum et nuptiarum, quas inter se celebrant. Scilicet sua quaeque gens sacra et deos in insulam Samum intulerat, et suos quaeque gens honores, quos primo in coloniae confluxu habuerat, itemque cognationis propagandae iura et sacra obtinebat. Haec colonorum Samiorum ratio ex Romanae ciuitatis rationibus intelligi poterit. Romam qui primis temporibus confluxerant, ii, quia ex variis gentibus erant, etiam sacris discerni cum volebant tum solebant. Neque familiae patriciae cum plebeiis coniungi confundique cupiebant. Hinc primo varietas illa extitit curiarum, tum contentiones de communicandis coniugiis consecutae sunt, quum plebis inualuisset auctoritas et superbia. Eundem igitur in modum discriminari volebant et discriminabantur Samii, qui olim ex variis gentibus collecti fuerant et in ciuitatem unam coaluerant. Haec Schwarzius, qui vellem citasset loca, ubi σύνοδοι sic simpliciter appellentur coniugia. Illos genitiuos τῶν συγγενειῶν et τῶν συνόδων etiam Ciz. tuetur. Nihilominus tamen secus, parte emendationis Schwarzii retenta, locum sic scribendum censeo: ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν συγγενειῶν αὐτῶν μετ' ἀλλήλων σύνοδοι. quae verba possunt de

γενειῶν καὶ τῶν μετ' ἀλλήλων συνόδων, αἷς
 ποιούμενοι οἱ Σάμιοι τυγχάνουσι. φασὶ τοί-
 νυν, 9) Μνήμαρχον καὶ Πυθαῖδα, τοὺς Πυθα-
 γόραν γεννήσαντας, ἐκ ταύτης εἶναι τῆς ¹⁰⁾ οἰ-
 κίας παλ τῆς συγγενείας τῆς ἀπ' Ἀγκαίου γεγεν-
 5 νημένης, τοῦ ἀποικίαν στείλαντος. Ταύτης δὲ
 τῆς εἰς γενείας λεγομένης παρὰ τοῖς πολίταις
 ποιητῆς τις τῶν παρὰ τοῖς Σαμίοις γεγενημέ-
 νων Ἀπόλλωνος αὐτὸν εἶναί φησι, λέγων οὕτως·

Πυθαγόραν ἔ, ὃν τίκτε Διὶ φίλῳ Ἀπόλλωνι.
 Πυθαῖς, ἣ κἄλλος πλεῖστον ἔχεν Σαμίῳν.

Ὅπόθεν δὲ ὁ λόγος οὗτος ἐπεκράτησεν, ἄξιον
 διελθεῖν. Μνημάρχῳ τούτῳ τῷ Σαμίῳ ¹¹⁾ κατ'
 ἐμπορίαν ἐν Δελφοῖς γενομένῳ μετὰ τῆς γυναι-
 κὸς ἀδήλως ἔτι κυούσης προεῖπεν ἡ Πυθία

familiarum ad unam stirpem pertinentium solennibus
 conuentibus, quos ad communis originis memoriam
 identidem recolendam celebrarent. Quod pro συνόδοις
 scripsi σύνοδοι, id feci hac quoque ratione ductus,
 quod librarii saepius in locis, ubi plura substantiua
 aliud alio casu efferenda erant, si alterius casum e
 structurae lege recte posuissent, etiam alterius vel
 plurium substantiuorum casum eundem perperam po-
 nerent; cuiusmodi negligentiae debetur ὁρμῆς initio
 huius libri. — Pro μετηγμέναι Ciz. μετιγμέναι. Kiess.

9) Μνήμαρχον] Paulo post hoc ipso capite pater Py-
 thagorae rectius dicitur Μνήσαρχος (utrobique Ciz.
 consentit. Kiess.), prout etiam vocatur a Porphyrio
 in Vit. Pyth., Laertio et aliis. Kust. De diuersis
 patris Pythagorae nominibus conf. Tiedemann. l. c.
 p. 215. sqq. Etiam alter Pythagorae filius apud
 Iamblichum sect. 265. secundum Arc. edit., cui Ciz.
 accedit, Μνήμαρχος (nam in Kust. edit. ibi quoque
 Μνήσαρχος legitur) vocatur: quam nominis scripturam

Iennesque Samiorum festiuitates indicio sunt. Ex huius igitur Ancaeï, qui coloniae conditor fuit, domo et cognatione Mnesarchum et Pythaida, Pythagorae parentes, descendisse aiunt. Hac autem inter populares iactata generis nobilitate, quidam poeta Samius Apollinis eum filium facit, ita canens:

Pythais e Samiis peperit pulcherrima cunctis
Pythagoram Clario, qui Ioui amicus erat.

Vnde vero sermo iste in vulgus dimanarit, relatu non indignum est. Huic Mnesarcho Samio ad mercaturam Delphos cum vxore, nondum manifeste grauida, profecto prae-

non spernendam esse iudicat Bentl. in opusc. philol. p. 188. ed. Lips., quum Festus v. *Aemil.* narret, fuisse Pythagorae filium nomine *Mamercum*; quod formatum videri e Dorico *Μνάμαρχος*. — Mihi quidem verum patris Pythagorae nomen fuisse videtur doricum *Μνάμαρχος*, pro quo alii, qui dorica dialecto non vterentur, aut *Μνήμαρχος* aut *Μνήσαρχος* dicebant. Sunt enim haec non diuersa nomina, sed diuersae vnius nominis formae. Ceterum nominibus a Tiedemannio collectis adde *Μνήσαρχίδης*, quo eum vocauit Philostratus de V. A. L. VIII. p. 333. Conf. Koen. ad Greg. Cor. p. 290. ed. Schaef. *Kiess.*

10) οἰκίας] In Ciz. οἰκείας, ibidem paulo post γεννημένης; Arc. γεγεννημένης. Tum Ciz. στήλαντος. Pro οἰκίας series orationis videtur postulare ἀποικίας; et saepe a librariis vocabula capite sunt truncata. *Kiess.*

11) κατ' ἐμπορίαν] Polyb. III, 23. εἰς Σικελίαν — κατ' ἐμπορίαν πλεῖν Ῥωμαῖοις ἔξεστι. — Tum Ciz. γενομένων μετὰ τοῖς. *Kiess.*

- χρωμένῳ περὶ τοῦ εἰς Συρίαν πλοῦ, τὸν μὲν
 θυμωρότατον ἔσεσθαι καὶ ἐπικερδῇ, τὴν δὲ
 γυναῖκα κύειν τε ἤδη καὶ τέξεσθαι παῖδα
 12) τῶν πάποτε κάλλει καὶ σοφίᾳ διοίσοντα καὶ
 (5) τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει μέγιστον ὄφελος εἰς σύμ-
 6 παντα τὸν βίον ἐσόμενον. Ὁ δὲ Μνήμαρχος
 συλλογισάμενος, ὅτι οὐκ ἂν μὴ πυθομένῳ
 αὐτῷ ἔχρησέ τι 13) περὶ τοῦ τέκνου ὁ θεός, εἰ
 μὴ ἐξαίρετον προτέρημα ἔμελλε περὶ αὐτὸν
 καὶ θεοδώρητον ὡς ἀληθῶς ἔσεσθαι, τότε μὲν
 εὐθύς ἀντὶ Παρθενίδος τὴν γυναῖκα Πυθαῖδα
 μετωνόμασεν ἀπὸ τοῦ γόνου καὶ τῆς προφήτι-
 7 dos· ἐν δὲ Σιδόνι τῆς Φοινίκης ἀποτεκούσης
 αὐτῆς, τὸν γεγόμενον υἱὸν Πυθαγόραν προς-
 ηγόρευσεν, ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ Πυθίου προηγο-
 ρεῦσθαι αὐτῷ. παραιτητέοι γάρ 14) Ἐπιμενίδης

12) τῶν πάποτε] Sic recte ad marginem codicis Spanhemiani vir doctus emendauerat. Ante enim male legebatur, τὸν πάποτε. Kust. Etiam Ciz. τῶν. Idem paulo post εἰς σύμπαντα, vbi Kust. cum Arc. habet ἐς σ. Kiess.

13) περὶ τοῦ τέκνου ὁ θεός] Kust., περὶ τέκνου ὁ θ.
 Arc., περὶ τέκνῳ θεῷ; Ciz. Idem mox θεοδώρητον at-
 que πυθαῖδαν μετωνόμασεν. Kiess.

14) Ἐπιμενίδης] Epimenidem et Xenocratem Meinersius l. c. p. 188. in indice scriptorum ante Aristotelem, qui non nisi obiter de secta Pythagorica mentionem fecerunt, omisit. Eudoxum autem p. 293. auctoritatem Strabonis (p. 778. 827. 842. ed. Almelov.) secutus credulitatis et negligentiae accusat. Cui Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 210. ita respondet: „Eudoxi auctoritatem ita leuibus ra-

dixit Pythia, cum responsum de navigatione in Syriam peteret, hanc quidem ad votum lucrosamque fore, vxorem vero iam praegnantem filium parituram, qui omnium, quotquot vnquam vixerunt, pulcritudine et sapientia praestantissimus foret, et humano generi ad omnem vitae rationem quam maxime profuturus esset. Hinc Mnesarchus colligebat, se non interrogantem responsum de filio a deo non accepturum fuisse, nisi singularis illi praecellentia et dona animi plane diuina essent affutura. Et vxorem quidem statim mutato Parthenidis nomine a filio vateque Delphica Pythaidem, ipsumque infantem mox Sidone in Phoenicia natum Pythagoram appellauit, a Pythio scilicet eum sibi praedictum esse significans. Non enim audiendi sunt Epi-

„tiunculis repudiari, mirum nobis accidit. Nam
 „Strabo et aliis multis locis summam ei tribuit au-
 „ctoritatem, nec eum credulitatis et negligentiae ac-
 „cusat iis locis, quos Vir Cl. notauit: qui loci nil
 „habent, quod cum reliqua Strabonis de Eudoxo
 „existimatione conciliari nequeat. Porro apud Iam-
 „blichum V. P. 7. ponitur in iis, qui Pythagorae
 „patrem fecerunt Apollinem: apud Porphyrium 7.
 „prodidit, Pythagoram non solum abstinuisse anima-
 „lium esu, sed ne venatoribus quidem et coquis, id
 „est *laniis*, appropinquasse. Prioris loci, si certa
 „est fides, haec est sententia, vt hoc Eudoxus non
 „e suo iudicio, sed ex opinione vulgari referat.
 „Posterior nil habet absurdi. Sed solet fere V. Cl.
 „vna sententia condemnare scriptores, si quid prodi-
 „derunt, quod ipse non probat.“ *Kiess.*

καὶ Εὐδοξος καὶ Ξενοκράτης, ὑπονοοῦντες, τῇ
 Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω ¹⁵⁾ καὶ
 κυούσης αὐτὴν ἐκ μὴ οὕτως ἐχούσης καταστῆ-
 σαί τε καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφητίδος.
 8 τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς ¹⁶⁾ δεῖ προσίεσθαι. Τὸ
 μέντοι τὴν Πυθαγόρου ψυχὴν ¹⁷⁾ ἀπὸ τῆς Ἀπόλ-
 λωνος ἡγεμονίας οὔσαν εἴτε συνοπαδὸν εἴτε καὶ
 ἄλλως οἰκειότερον ἔτι πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον
 συντεταγμένην καταπεπέμφθαι εἰς ἀνθρώπους,
 οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε τεκμαιρόμενος αὐτῇ
 τε τῇ γενέσει ταύτῃ καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς ψυχῆς
 αὐτοῦ τῇ παντοδαπῇ. καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως
 9 τοσαῦτα. Ἐπεὶ δὲ ¹⁸⁾ ἀνεχομίσθη εἰς τὴν Σά-
 (6) μον ἀπὸ τῆς Συρίας ὁ Μνήσαρχος μετὰ ¹⁹⁾ παμ-
 πόλλου κέρδους καὶ βαθείας περιουσίας, ἱερὸν
 ἐδείματο τῷ Ἀπόλλωνι, Πυθίῳ ἐπιγράψας,
 τόν τε παῖδα ποικίλοις παιδεύμασι καὶ ἀξιολο-
 γοτάτοις ἐνέτρεφε, νῦν μὲν ²⁰⁾ Κρεοφίλῳ, νῦν
 δὲ Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ, νῦν δὲ σχεδὸν ὅπασι

15) καὶ κυούσης αὐτὴν ἐκ μὴ οὗτ.] Desid. Heraldus
 in *Animadvers.* in Iamblichum nostrum recte legendum
 monuit, καὶ κυούσῃ (voluit κύουσιν. Etiam in Ciz.
 est κυούσης. *Kiess.*) αὐτὴν etc. i. e. eamque gravidam
 ex non gravida fecisse. Arcerius quamvis et in Ms.
 suo ἐκ μὴ scriptum reperisset, tamen in textu repo-
 suerat, εἰ μὴ, sensu omnino repugnante. *Kust.*

16) δεῖ προσίεσθαι] Hoc δεῖ, quod etiam *Iac. Loga-*
nus in *Miscellaneis* observat. crit. nov. in *Auctor. ve-*
teres et *recentiores* in annum c191cccxi. Tom. I. p.
 93. supplendum esse viderat, recepi e Cd. Ciz. *Kiess.*

17) ἀπὸ τῆς Ἀπόλ. ἡγεμονίας οὔσ.] Formula dicendi
 ἀπὸ ἡγεμονίας τινὸς εἶναι, ab aliquo duci, in rarioribus

menides, Eudoxus et Xenocrates, qui suspirantur, tum temporis Apollinem cum Parthenide congressum grauidam ex non gravida fecisse et per Pythiam pronuntiasse. id enim nullatenus admittendum est. Caeterum nemini, qui quidem ex ipsa viri nativitate et multiplici animi sapientia coniecturam fecerit, dubium erit, quin anima Pythagorae Apollinis subdita imperio, vel perpetim eiusdem dei assecla, vel alio proximiori commercio eidem coniuncta, ad homines delapsa sit. et haec hactenus dicta sint de eius procreatione. Pater vero e Syria cum magnis opibus, quas ex lucro nauigationis illius cumulauerat, Samum redux Apollini templum cum Pythii inscriptione extruxit, puerumque variis et optimis disciplinis innutriendum Creophilo, Pheredydi Syrio, omnibusque fere sacrorum

est. — Paulo post *καταπέφθαι* Ciz., *καταπέπομφεν* Par. *Kiess.*

18) ἀνεκομίσθη] Sic rectius Ms. (cum Ciz. *Kiess.*) quam prior Editio, quae habebat ἀπεκομίσθη. *Kust.*

19) παμπόλλου] In Ciz. *παμπόλου*. Ibidem *ιδείματο* recte pro *ιδήματο*, quod legitur in edd. Arc. et *Kust.* Paulo post pro *Πυθίου*, quod cum Arc. et *Kust.* tuetur Ciz., e Par. reposui *Πυθίω*. *Kiess.*

20) Κρεοφίλω] Par. etiam hic *Κρεοφύλω*, vt paulo post Ciz. cum ed. *Kust.* De Creophilo temere in Pythagorae magistris numerato cf. Tiedemann. l. c. p. 223. *Kiess.*

τοῖς ²¹⁾ τῶν ἱερῶν προῖσταμένοις παραβάλλων αὐτὸν καὶ ἐγχειρίζων, ²²⁾ ὥς ἂν καὶ τὰ θεῖα κατὰ δύναμιν αὐτάρκως ἐκδιδασχθεῖη. ὁ δὲ ἀνέ-
¹⁰ τρέφετο εὐμορφότατός τε τῶν πώποτε ἱστορη-
 θέντων καὶ θεοπρεπέστατος εὐτυχηθείς. ἀπο-
 θανόντος τε τοῦ πατρὸς σεμνότητος σωφρονέ-
 στατός τε ἠϋζάνετο, κομιδῇ τε νέος ἔτι ὑπάρ-
 χων ἐντροπῆς πάσης καὶ αἰδοῦς ἡξιούτο ²³⁾ ἤδη
 καὶ ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων, ὀφθείς τε καὶ
 φθεγζάμενος ²⁴⁾ ἐπέστρεφε πάντας, καὶ ὥτι-
 νιοῦν προσβλέψας θαυμαστός ἐφαίνεται, ὥς τε
 ὑπὸ τῶν πολλῶν εἰκότως βεβαιούσθαι, τὸ θεοῦ
 παῖδα αὐτὸν εἶναι. ὁ δὲ ἐπιρῶωννύμενος καὶ ὑπὸ
 τῶν τοιούτων δοξῶν καὶ ὑπὸ τῆς ἐκ βρέφους
 παιδείας καὶ ὑπὸ τῆς φυσικῆς θεοειδείας, ἔτι
 (7) μᾶλλον ἑαυτὸν ²⁵⁾ κατέτασεν ἄξιον τῶν πα-

21) τῶν ἱερῶν προῖστ.] Ita recto ed. Kust. et Ciz. Antea male τὸ ἱερὸν προῖστ. Kiess.

22) ὥς ἂν καὶ τὰ θεῖα κ. τ. λ.] Ita insignem huius loci lacunam supplet Ciz. In Par. desunt verba κατὰ δύναμιν, et in Arc. ed. καὶ τὰ θεῖα κατὰ δύναμιν αὐτάρκως ἐκδιδασχθεῖη. ὁ δὲ ἀνέτρεφετο. Deinceps Ciz. εὐμορφώτατος, quemadmodum etiam in comparatio huius adiectivi nonnunquam peccatum est. v. Schaeff. Mel. crit. p. 9. sq. Kiess.

23) ἤδη καὶ] Male Kusterus post ἤδη interpunxerat commate, quod non melius post πρεσβυτάτων omiserat: nam verba ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων coniungenda sunt cum ἡξιούτο. Obrechtus loci sententiam recto cepit. Kiess.

24) ἐπέστρεφε] Prior Editio ἐπέτρεφε (ita etiam Ciz. in quo Reinesius super φ scripsit π. Kiess.), et προσβλέψας (etiam Ciz. Kiess.) et θαυμαστῶς: quorum lo-

praefectis dedit commendauitque, vt in rebus diuinis etiam pro virili sua satis proficeret. Ille vero ita educatus est, vt nulli cuiuscunque aetatis aut memoriae forma secundus, deoque quam dignissimus feliciter euaderet. Patre dein mortuo nihil sibi ad summam grauitatem temperantiamque fecit reliquum, vt adolescentem natu admodum grandes honorifice reuerenterque colerent; imo visus modo auditusque in se cunctos conuertebat, et quoscunque adspexerat, sui statim admiratione implebat. Hinc euenit, vt multi eum dei filium esse merito asseuerarent. Tanta igitur gloria coniuncta cum studiis a puerili aetate cultis, diuina formae naturalis dignitate fretus magis magisque praesentibus bonis dignum se ostendit. Or-

co ἐπέστρεψε et προσβλέψας et θαυμαστός vel absque Mistorum auctoritate reponendum esse, quis dubitet? Kust.

- 25) κατέτασεν] Antea κατέστασεν. corrupte. Hic repraesentauit quidem lectionem Codicis Paris. (quam etiam Ciz. exhibet. *Kiess.*), sed nec sic oratio recte procedit. Quare, sensu exigente, scribendum erit, ἔτι μᾶλλον ἑαυτὸν ἄξιον τ. παρ. προτερημάτων ἀπέβαινε. omissa voce κατέτασεν, quae quomodo lacum hic habere possit, non video. Kust. Magis probanda est ratio a Koenio proposita ad Gregor. Cor. p. 34. ed. Schaef.: „De ellipsi vocis ἡμέρα omnia pernulgata sunt. Quod in Iamblichō de V. Pyth. p. 7. „coniectando assecutus fueram, ἔτι μᾶλλον ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην ἄξιον τῶν παρόντων προτερημάτων ἀποιμίνων; „pro κατέτασεν, vel κατέστασεν, monuit me Cl. Valckenarius margini Ms. Francoquerani quoque adscri-

ρόντων προτερημάτων ἀποφαίνων, καὶ διεκός-
 σμει θρησκείαις τε καὶ μαθημασι καὶ διαίταις
 ἐξαιρέτοις, εὐσταθεία τε ψυχῆς ²⁶⁾ καὶ κατα-
 στολῇ σώματος, ὧν τε ἐλάλει ἢ ἔπραττεν, εὐδία
 καὶ ἀμιμήτῳ τινὶ γαλήνῃ, μήτε ὀργῇ ποτὲ
 μήτε γέλῳτι μήτε ζήλῳ μήτε φιλονεικία μήτε
 ἄλλῃ ταραχῇ ἢ προπετεία ἀλισκόμενος, ²⁷⁾ ὥς
 δὴ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ.
 11 Διόπερ ²⁸⁾ ἔτι ἐφήβου αὐτοῦ ὄντος πολλὴ δόξα

„ptum esse.“ At vel sic aut cum Kustero legendum
 est ἀπέφαινε, aut post ἀποφαίνων delendum καὶ. *Kiess.*
 26) καὶ καταστολῇ] Sic Ms. Antea vero tantum legeba-
 tur καταστολῇ, vocula καὶ male omissa. *Kust.* Rei-
 nesius in margine ed. Arc., καὶ στολῇ, i. e. στάσει,
 κινήσει. — Post σώματος colon sustuli, et post ἔπραττεν
 comma inserui, ut in Ciz. Etiam εὐδία et γαλήνη pen-
 dent ex διεκόςμει. *Kiess.*

27) ὥς δὴ δαίμων τις ἀγαθὸς] Qui considerabit, Iam-
 blichum non solum fuisse gentilem, sed etiam Ethnicae
 religionis antistitem suo tempore primarium, non mira-
 bitur, cum de Pythagora tam magnifice sensisse et
 scripsisse. Nimirum Pythagoram Christo opponere
 voluit, quod videret, religionem nostram nulla alia
 ratione magis subrui posse, quam si hominibus per-
 suaderet, extitisse etiam aliquos inter gentiles, qui
 Christum Dominum nostrum tam sanctitate vitae et
 doctrinae, quam miraculis non solum aequassent, sed
 etiam vicissent. Hoc autem Iamblichi fuisse proposi-
 tum, clarius patet ex iis, quae leguntur infra Num. 30.
 Ἄλλοι δὲ ἄλλον τῶν Ὀλυμπίων θεῶν ἐφήμιζον εἰς ὠφέλειαν
 καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ
 μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας σωτήριον
 ἔναυσμα χαρίσῃται τῇ θνητῇ φύσει. i. e. Alii alium ex
 diis Olympicis (Pythagoram) ferebant, qui mortalem
 vitam emendaturus eiusque commodis consulturus isti se-
 culo humana forma apparuerit, ut mortalibus beatitu-
 dinis et philosophiae salutare lumen donaret. Habes

nabant illum et religio et doctrina et peculiaris victus ratio, et animi firmitudo, corpusque ad modestiam compositum. In dictis factisque eius comparebat interna quies et inimitabilis tranquillitas: non irae, non risui, non aemulationi aut contentionis studio, aut alii perturbationi et proteruiæ vnquam vel tantillum indulsit, adeoque tanquam bonus quidam daemon in Samiorum vrbe peregrinabatur. Quapropter eius ad-

hic *Deum humana forma indutum*: quod cum Christiani de Seruatore suo recte praedicarent, Iamblichus id impie ad Pythagoram transtulit. Confer Nostrum infra Num. 92. vbi idem legas. Vti autem Iamblichus Pythagoram, ita Philostratus impostorem Apollonium Tyaneum ob diuinam, qua eum praeditum fingebar, virtutem vltra reliquorum hominum sortem longe euexit: de quo etiam Eunapius religioni nostrae infensissimus tam magnifice sensit, vt dixerit, Philostratum non debuisse opus suum inscribere, *Ἀπολλωνίου βίος*, sed *Θεοῦ ἐς ἀνθρώπους ἐπιδημία*, i. e. *Dei ad homines aduentus*: ne scilicet Christo Deo nostro minor videretur. Locus ipse Eunapii exstat in Prooemio libri, quem scripsit de vitis Sophistarum. Adeo verum est, gentilium philosophos, praecipue qui expirante iam gentilismo vixerunt, ob eam, quam dixi, rationem impostores quosdam Seruatori nostro opponere conatos esse. *Kust.* De hac Kusteri opinione vid. Meiners. l. c. p. 258. sqq. Pro ὥς δέ, quod antea legebatur, scripsi ὥς δὴ, re ipsa postulante. *Kiess.*

- 28) ἔτι] Haec vocula, quam habent edd. Arc. et Kust., deest in Ciz. Deinceps Kusterus in textu reliquit πολλῇ δόξῃ, pro quo in Ciz., vt in ed. Arc., est πολλῇ δόξῃ, quod non dubitavi mutare in πολλῇ δόξῃ, quum perquam incommode Pythagoras ipse diceretur multa fama διαπομισθεῖς et ἐκφοιτήσας. Neque lauent

- (8) εἰς τε Μίλητον πρὸς Θαλήν, καὶ εἰς Πριήνην πρὸς Βίαντα διεκορίσθη τοὺς σοφούς, καὶ τὰς ἀστυγείτονας πόλεις ἐξεφοίτησε· καὶ ²⁹⁾ τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην ἥδη ἐν παροιμία πολλοὶ πολ-
 λαχοῦ τὸν νεανίαν ἐπευφημοῦντες ἐξεθείαζον καὶ διεθρύλλουν. ὑποφουμένης δὲ ἄρτι τῆς Πολυκράτους τυραννίδος περὶ ³⁰⁾ ὀκτωκαιδέ-
 κατον μάλιστα ἔτος γεγονώς, προορώμενός τε οἱ χωρήσει, καὶ ὥς ἐμπόδιος ἔσται τῇ αὐτοῦ προθέσει καὶ τῇ ἀντὶ πάντων αὐτῷ σπουδαζο-
 μένῃ φιλομαθείᾳ, νύκτωρ λαθὼν πάντας μετὰ τοῦ Ἑρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, ³¹⁾ Κρεο-
 φύλου δὲ ἐπικαλουμένου, ὃς ἐλέγετο Κρεοφύ-
 (9) λου ἀπόγονος εἶναι, ³²⁾ Ὀμήρου ξένου τοῦ ποι-

datiuis genitiui ἐφήβον αὐτοῦ ὄντος, rationem autem a me praelatam commendant etiam ea, quae sect. 12. leguntur: ὅτι μείζων τε καὶ ὑπερβιβηκυῖα ἦν τὴν προφοί-
 τήσασαν ἤδη δόξαν. — Tum Ciz. Θαλήν. Kie ss.

- 29) τὸν ἐν Σάμῳ κομ.] Auctor Vaticanae Appendicis prouerbium hoc non ad Pythagoram Philosophum, sed ad Pythagoram pugilem Samium refert. Hesychius quoque, γ. Ἐν Σάμῳ κομήτας, tradit, falli eos, qui prouerbium hoc de Pythagora philosopho intelligendum esse dicant. Eadem de re controuersia intercessit inter duos viros longe clarissimos et doctissimos, Richardum nempe Bentleium et Henr. Dodwellum; quorum ille in egregia sua Dissertat. de Phalaridis Epistolis, p. 52. 53. (p. 179. ed. Lips. Kie ss.) prouerbium hoc de Pythagora philosopho eodemque pugile intelligendum esse contendit: Dodwellus vero in Exercit. de aetate Pythag. Philosophi p. 153. et sqq. Pythagoram pugilem, ad quem prouerbium illud spectet, a Pythagora Magno siue philosopho distinguit. Nos nobis non sumimus, ut controuersiam illam inter viros

huc ephebi insignis celebritas Miletum ad Thaletem, et Prienen ad Biantem, viros sapientes delata, vrbes etiam circumiectas peragrabat: iamque multi de iuvene pro-verbium Samii comati passim diuulgauerant, eumque sparsis in vulgus laudibus deum fecerant. Postea iam duodeuicesimum annum egressus, cum, quo tenderet tyrannis Polycratis tum primum subnascens, animo prospiceret, et inde aliquod impedimentum suo proposito descendique studio, cui vnice deditus erat, metueret, noctu clam omnibus cum Hermodamante, cui cognomen erat Creophili, eius scilicet nepote, qui olim Homeri poetae hospes, amicus et in omni-

tam doctos agitatam decidamus. *Kust. Conf. Meiners. p. 323. sqq. Kiess.*

30) ὀκτώκαιδέκατον] *Conf. de hoc loco Benth. in opusc. philol. p. 185. ed. Lips. et Mahne in diatribe de Aristoxeno p. 26. repetita Lipsiae in Thesaur. crit. nov. Tom. I. — In Ciz. vt in ed. Arc. ὀκτώ και δέκατον. Paulo post e Cd. Ciz. retinui, quod etiam Arc. exhibet, τῇ αὐτοῦ pro τῇ αὐτοῦ, quod Kust. dedit. Tum ante ἀντί etiam in Ciz., vt in ed. Arc., τῇ, quod Kust. habet, deest. — Adverbium μάλιστα recte intellexit Obrechtus: vid. Bastii ep. crit. p. 37. ed. Lips. Kiess.*

31) Κρεοφύλου) Hunc alii rectius vocant Κρεώφιλον, per ω et ι. Vide Menag. ad Laert. lib. VIII. num. 2. *Kust.*

32) Ὀμήρου ξένου] Haec corrupta sunt, nec vllam protus habent ἀκολοῦθIAN; quae proinde rectius sic legeris: ὅστις Ὀμήρου τοῦ ποιητοῦ ξένος γενέσθαι λέγεται, καὶ φίλος, καὶ διδάσκαλος, etc. ξένος hic sumitur pro eo, qui aliquem hospitio excipit; cuius significationis exempla

ητοῦ γενέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος τῶν
 πάντων, μετὰ τούτου πρὸς τὸν Φερεκύδην
 διεπόρθμευσε καὶ πρὸς Ἀναξίμανδρον τὸν φυ-
 12 σικὸν καὶ πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον. 33) καὶ
 παραγενόμενος πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἀνὰ μέρος
 οὕτως ὠμίλησεν, ὥστε πάντας αὐτὸν ἀγαπᾶν,
 καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ θαυμάζειν καὶ ποιεῖσθαι
 τῶν λόγων κοινωνόν. καὶ δὴ καὶ ὁ Θαλῆς
 ἄσμενος αὐτὸν προσήκατο, καὶ θαυμάσας τὴν
 34) πρὸς ἄλλους νέους παραλλαγὴν, ὅτι μείζων
 τε καὶ ὑπερβεβηκυῖα ἦν τὴν 35) προφοιτήσασαν
 ἤδη δόξαν, μεταδούς τε ὅσον ἡδύνατο μαθη-
 μάτων, τὸ γῆρᾶς τε τὸ ἑαυτοῦ αἰτιασάμενος
 καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν 36) προετρέψατο εἰς

apud alios etiam scriptores occurrunt, quamvis rarius. Suidas quidem clare testatur, ξένος etiam interdum sumi pro ξενόδοκος, quem vide. Homerum autem a Creophilo hospitio quondam exceptum fuisse, praeter alios (v. Platon. Rep. X. p. 350. ed. Ast. Kiess.) aperte tradit Strabo lib. XIV. (Tom. V. p. 526. ed. Tzsch.) Kust. In deprauata huius loci scriptura Ciz. plane consentit cum edd. Arc. et Kust. — Schwarzius in Suppl. Act. Erud. locum sic emendat: νύκτωρ, λαθὼν πάντας, μετὰ τοῦ Ἑρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, Κρεοφίλου δὲ ἐπικαλουμένου, οὗ Κρεοφίλου ἀπόγονος ἦν, ὃς ἐλέγετο Ὅμηρον, τοῦ ποιητοῦ καὶ ξένου, γενέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος· noctu clam omnibus cum Hermodamante (hoc erat homini nomen, cognomen autem Creophili, quod a Creophili posteris erat eius, qui Homeri, poetae et hospitis, dicebatur amicus fuisse et doctor omnium rerum) cum hoc, inquam, ad Pherecydem traiecit. Scilicet multa sunt vocabula loco suo mota in Auctore nostro, ut infra certissimis argumentis demonstrabimus. Haec Schwarzius: in cuius tamen emendatione hoc offendit, quod infinitivus εἶναι prorsus neglectus est. Hinc locum ita scribere malim: διὰ τὸ Κρεοφίλου ἀπόγονον

bus praeceptor fuisse dicebatur, ad Pherecydem, ad Anaximandrum physicum, et denique Miletum ad Thaletem traiecit: cumque singulis horum alio atque alio tempore ita versatus est, ut omnes eum amarent et ingenium eius suspicerent, suaeque participem philosophiae redderent. Inprimis vero Thales, eo libenter in familiaritatem recepto, admiratus est, quod tanto intervallo post se alios iuvenes relinqueret, famamque de se proditam praesentia sua augeret; communicatisque, quantum potuit, disciplinis, et senectute corporisque imbecillitate excusata, ut in Aegyptum nauiga-

εἶναι, Ὁμήρου ξένου, ὃς ἐλέγετο τοῦ ποιητοῦ γενέσθαι φίλος, κ. τ. λ. *Kiess.*

33) καὶ παραγεγόμενος] Hoc καὶ deest in Ciz. Paulo post e Ciz. recepi ἄσμιρος pro ἀσμένως, quod Kuster. auctoritate MS. reposuerat pro ἄσμιρον, quod est in ed. Arc. Etiam Schwarzius l. c. praefert ἄσμιρος. Ita Iamblich. s. 14. οἵπερ ἄσμενοι ἐδέξαντο αὐτόν. *Kiess.*

34) πρὸς ἄλλους νέους] Ita recte Ciz. cum Arc. In Kust. edit. est πρὸς ἄλλους τοὺς νέους. *Kiess.*

35) προφοιτήσασαν] Sic potius, quam προσφοιτήσασαν, quod prior Edit. habet, scribendum esse, quis non videt? MS. Regius habet, προφητήσασαν, η pro oi posito, quod librariis solenne est. *Kust.* In Ciz. vero legitur προφοιτήσασαν. — Paulo post in Ciz. est μεταδούς τε ὄσον, in Arc. μεταδούς ὄσον, in Kust. μεταδούς ὄσων. Reposuimus ὄσον. *Kiess.*

36) προετρέψατο] In Ciz. προτέψατο. Formam Μέμφιδε pro Μέμφει, quae est in edd. Arc. et Kust., reposui e Ciz., in quo tamen, ut in ed. Arc., non Διοσπόλει, sed solum Διός legitur. Videtur diuinisim scribendum esse Διός πόλει. Rittershusius p. 11. coniecit etiam Διοσπολίταις. *Kiess.*

Αἴγυπτον διαπλεῦσαι, καὶ τοῖς ἐν Μέρμφιδι
καὶ Λιοςπόλει μάλιστα συμβαλεῖν ἱερεῦσι.
παρὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ἑαυτὸν 37) ἐφωδιάσθαι
ταῦτα, 38) δι' ἃ σοφὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς νο-
μίζεται. οὐ μὴν τοβούτων γε προτερημάτων
οὔτε φυσικῶς οὔτε ὑπ' ἀσκήσεως 39) ἐπιτετυ-
χηκέναι ἑαυτὸν ἔλεγεν, ὅσων τὸν Πυθαγόραν
(10) 40) καθορᾶν. ὥστε ἐκ παντὸς εὐηγγελίζετο, εἰ
τοῖς δηλουμένοις ἱερεῦσι συγγένοιτο, θεϊότα-
τον αὐτὸν καὶ σοφώτατον ὑπὲρ ἅπαντας ἔδε-
σθαι ἀνθρώπους.

K E Φ. γ'.

15 Ὡφεληθεὶς οὖν παρὰ ¹⁾ Θάλλω τὰ τε ἄλλα

37) ἐφωδιάσθαι] Sic recte Ciz., in edd. Arc. et Kust. extat ἐφωδιάσασθαι. Sensus est: a quibus et se ipsum tanquam viatico instructum esse eo apparatu etc. Conf. Protrept. p. 348. vbi ἐφωδιαζομένη minus recte interpretatus sum. Vid. de hoc verbo A. Gell. XVII. 12. Kiess.

38) δι' ἃ σοφὸς] MS. Regius habebat, δι' ἄσοφος. pro quo δι' ἃ σοφός (vbi vere Ciz. Kiess.) rescribendum esse, sensus manifesto suadet. Arcerius, cum in codice MS. quo vsus est, διὰ scriptum inuenisset, eius loco διὸ in sua Editione infeliciter reposuit. Kust.

39) ἐπιτετυχηκέναι] Ita Kust. cum Arc. In Ciz. ἐπιτετυχέναι. Kiess.

40) καθορᾶν] Sic codex MS. At sensus et constructio potius requirunt καθέωρα. quod etiam vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notauerat. Kust. Initium καθορᾶν optimi vsus esse, atque Romanos quoque huiusmodi constructionem Graecorum saepe imitando expressisse monuit Schwarzius, haec Ciceronis loca citans; ad Div. VI. 17. Nam sic habeto, benefici-
orum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut

ret, et maxime sacerdotibus Memphiticis et Diospolitanis se dederet, hortatus est. Nam se ipsum quoque ab illis ea collegisse praesidia, quae opinionem singularis sapientiae sibi peperissent: nec tamen se iis a natura et exercitatione dotibus fuisse praeditum, quantis abundare Pythagoram cerneret. Ideoque ex omnibus ei se hoc laetum iam praesagium denuntiare, quod sapientior reliquis mortalibus diuiniorque futurus esset, si cum istis sacerdotibus vitam ageret.

C A P. III.

Praeter alia igitur plurimum quoque

valent, coniunctiores tecum esse, quam me: necessitudine neminem. Pro Ligario c. 1. *Habes igitur, Tubero, confitentem reum, sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum.* Haec loca Ciceroniana a Schwarzio allata non omnino similia sunt Iamblicheo, in quo tamen infinitivus retinendus est: nam solet sic infinitivus sequi relativa in oratione indirecta. Vid. Siebelis. ad Hellen. p. 126. Ita Iamblich. sect. 58. ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον. sect. 206. ἐφ' ὃ τὴν ψυχὴν οὐχ ὀρμῇ. Huc etiam pertinent loca, ubi ὅτι siue διότι cum infinitivo constructur, ut Diod. Sic. IV. 76. διότι τὰ κατασκευαζόμενα τῶν ἀγαλμάτων ὁμοιότατα τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχειν. Conf. Append. ad epist. Bast. ad Boiss. p. 36. etc. Iustin. XI. 5. sub fin. quod vel ex eo manifestari. XI. 5. quibus longa iam satis et maturae imperia contigisse, quorumque tempus esse vices excipere melius acturos. — Pro ὅων, quod Kusterus recte dedit, in Ciz. ut in edit. Arc. est ὅων. Kiess.

- 1) Θάλεω] Kust. In Ciz. ut in Arc. Θάλεω, vitiose. — Οἰνοποσίη ἀποταξίμενος, qui vinum valere iussit, qui se

καὶ χρόνου μάλιστα φεῖδεσθαι, καὶ χάριν
 τούτου οἰνοποσία τε καὶ κρεωφαγία, καὶ ἔτι
 πρότερον πολυφαγία ἀποταξάμενος, τῇ δὲ τῶν
 λεπτῶν καὶ εὐαναδότων ἐδωδῇ συμμετρηθεὶς,
 καὶ τούτου ὀλιγοῦπνίαν καὶ ²⁾ ἐπαγρυπνίαν
 καὶ ψυχῆς καθαρότητα κτησάμενος, ὑγίαν τε
 ἀκριβεστάτην καὶ ἀπαρέγκλιτον τοῦ σώματος,
 ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδόνα, φύσει τε ³⁾ αὐτοῦ
 πατρίδα πεπεισμένος εἶναι, καὶ καλῶς οἰόμε-
 νος, ἐκεῖθεν αὐτῷ ῥάονα τὴν εἰς Αἴγυπτον
¹⁴ ἔσεσθαι διάβασιν. Ἐνταῦθα δὲ συμβαλὼν
 (11) τοῖς τε ⁴⁾ Μώχου τοῦ φυσιολόγου προφήταις

vini usu abdicavit. Haec verbi ἀποτάσσασθαι significa-
 tio non reperitur in scriptoribus classicis, at serioribus
 satis trita est. V. Steph. thes. T. 3. p. 1262. — Pro
 κρεωφαγία, vt recte in edd. Kust. et Arc., in Ciz. est
 κρεοφαγία. Deinceps Ciz. cum Kust. καὶ τούτου. Apud
 Arc. legitur καὶ τούτον, quod iam Scaliger correxit.
Kiess.

2) ἐπαγρυπνίαν] Ita recte Ciz. Verbum ἐπαγρυπνέω e
 Diod. Sic. 14, 68. Schneider in Lexico suo consigna-
 vit. In edd. Arc. et Kust. legitur vox corrupta ἐπαγρίαν,
 pro qua iam Arcer. et Scaliger ἀγρυπνίαν scribendum
 esse censuerunt. Tum pro ὑγίαν, quod habet Kust.,
 in Arc. et Ciz. est ὑγίαν. *Kiess.*

3) αὐτοῦ πατρίδα] Ita cum Arc. Ciz., αὐτοῦ Kust., qui
 tamen paulo post in loco, cuius eadem est, quae huius
 ratio, αὐτῷ ῥάονα non mutauit. *Kiess.*

4) Μώχου] Mochi reddit eruditus interpres. At Schef-
 ferus *Philos. Italic.* c. V. bene monuit, scribendum hic
 esse Μώσχου, et designari a Iamblichō antiquissimum
 illum philosophum Sidonium, cuius Strabo et Sextus
 Empir. mentionem faciunt. Verba Strabonis libro XVI.
 haec sunt; Εἰ δὲ δὲ Πρωσιδωνίῳ πιστεῖναι, καὶ τὸ περὶ

sibi profuturam temporis praecipue parsimoniam a Thalete edoctus, et propterea vini carnisque usu omnique ingurgitatione abdicatis, intra tenues facilesque digestu cibos se continuit, et hinc somni modicus ac excitator, tum animae puritatem tum corporis exactissimam et inflexam sanitatem comparauit; atque ita Mileto Sidonem soluit, illam sibi natura patriam esse persuasus, et inde facile in Aegyptum transiturus. Ibi versatus cum prophetis, qui Mochi, naturae interpretis, posteri erant,

τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιὸν ἔστιν, ἀνδρὸς Σιδονίου Μῶσχου, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος· si vero Posidonio credendum est, antiquum de atomis dogma Moschi est, hominis Sidonii, qui ante Troiani belli tempus vixit. Sext. Empir. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος ἀτόμους ἔλεξαν στοιχεῖα· εἰ μὴ τι ἀρχαιοτέρων ταύτην θετέον τὴν δόξαν, καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, ἀπὸ Μόσχου τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος καταγομένην· Democritus et Epicurus atomos principia dixerunt: nisi haec opinio ponenda sit antiquior, et, ut Stoicus dicebat Posidonius, deducta a Moscho quodam Phoenice. Arcerius etiam quidem Μόσχον vel Μῶσχον legendum esse coniecerat, sed nomine illo Mosen designari laud sane verisimiliter statuebat. Kust. Fabricius ad Sextum Empir. p. 621., pluribus veterum scriptorum de hoc philosopho Sidonio antiquissimo mentionem facientium locis allatis, affirmat, in horum omnium scriptorum emendationibus Codicibus constanter Μῶσχον, non Μύσχον vel Μώσχον nomen huius philosophi legi, nec dubitat, Μῶσχον vel Μόσχον, ut editi antea Sexti codices praeferebant, nomen ingestum ab iis, qui cum diuino scriptore Moyse eundem facere voluerunt. Add. Tzschucke ad Strab. Tom. VI. p. 340. et Posidonii Rhodii reliquiae doctrinae. Collegit Ian. Bake. p. 177. Riess.

ἀπογόνοις καὶ 5) τοῖς ἄλλοις Φοινικικοῖς ἱεροφάνταις, καὶ πάσας τελεσθεῖς τελετὰς ἐν τε Βύβλῳ καὶ Τύρῳ καὶ κατὰ πολλὰ τῆς Συρίας μέρη 6) ἐξαιρέτως ἱερουργουμένας, καὶ οὐχὶ 7) δεισιδαιμονίας ἕνεκα τὸ τοιοῦτον ὑπομείνας, ὥς ἂν τις ἀπλῶς ὑπολάβοι· πολὺ δὲ μᾶλλον ἔρωτι καὶ ὀρέξει θεωρίας καὶ 8) εὐλαβείᾳ τοῦ μή τι αὐτὸν τῶν ἀξιωμαθῆτων διαλάθῃ ἐν θεῶν ἀπορρήτοις ἢ τελεταῖς 9) φυλαττόμενα, προμαθὼν τε, ὅτι ἄποικα τρόπον τινὰ καὶ ἀπόγονα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν τὰ αὐτόθι ὑπάρχει, ἐκ τούτου τε ἐλπίσας καλλιόνων καὶ θειωτέρων καὶ ἀκραυγῶν μεθέξειν 10) μνημά-

5) καὶ τοῖς ἄλλοις Φοινικικοῖς] In Ciz. καὶ τοῖς ἄλλοις Φοινικοῖς, recte omisso altero καὶ post ἄλλοις, vbi ab Arc. et Kust. insertum sententiam turbat: hinc deleui. Pro Φοινικοῖς, quod cum Arc. et Kust. etiam Ciz. exhibet, malui cum Kustero Φοινικικοῖς scribere, quam aut cum Scalig. Φοινικίους, aut cum margine Rigalt. Φοινίκης. Conf. Stürzii Hellenici fragm. p. 102. Kiess.

6) ἐξαιρέτως ἱερουργουμένας] Ita verissime Kusterus in praefatione scripsit pro ἐξ αἰρέσεως ἱερουργούμενα, quod, vt in edd. Arc. et Kust., etiam in Ciz. extat. Kusteri interpretatio haec est: initia, quae praecipue et singulari quadam religione in multis Syriae partibus celebrabantur. Ἐξαιρέτως et ἐξ αἰρέσεως eodem modo confusa sunt infra apud nostrum c. XXXVI. sect. 265. Kiess.

7) δεισιδαιμονίας] In Ciz. δυσειδαιμονίας, ὑπομνίας, πολλοί. Ibidem deinceps ὀρέξει, quod e MS. Regio reuocauit Kust., cuius loco antea male legebatur ὀρίσει. Kiess.

8) εὐλαβείᾳ τοῦ μή τι] Ita Ciz., quam lectionem etiam Obrechtus expressit. In ed. Arc. εὐλαβείας τοῦ μή τι, in Kust. εὐλαβείας ἵνα μή τι. Deinceps pro solo verbo ἀξιωμαθῆτων, quod habent Kust. et Arc., in Cd. Ciz.

et cum ceteris Phoeniciae hierophantis, cunctisque initiis Bybli et Tyri, ac iis, quae in multis Syriae partibus singulari modo celebrantur, sacrorum cerimoniis initiatus est. Id quod non fecit superstitione indutus, ut quis simplicior suspicari possit, sed potius ex amore contemplationis, veritusque, ne quid ipsum praeteriret, quod in deorum arcanis sacris mysteriisque sciri dignum obseruaretur. Cum autem iam antea Phoenicum sacra ab Aegyptiis coloniae sobolisque instar propagata nosset, adeoque pulchriora magisque diuina et illibata in

haec leguntur: *ἀξιοθνημάτων δι μαθημάτων*. Pro *διαλάθῃ* in margine Rigalt. *λαθοίη* notatum est. Quum vocabulum *ἀξιομάθητος* admodum suspectum sit, omnem locum sic constituerim: *εὐλαβεία τοῦ μὴ τινα αὐτὸν τῶν ἀξιοθνημάτων διαλάθῃ — φυλαττόμενα*. Ambiguam tamen huius loci correctionem facit ambigua vocabuli *εὐλάβεια* significatio. Nam si *εὐλάβεια* est *reuerentia deorum*, tum cum genitiuo *εὐλαβείας* Schwarzii ratio, quam proxima nota attuli, praefenda est. *Kiess.*

- 9) *φυλαττόμενα*] Imò *φυλαττομένων*, ut constructio salua sit. Pendet enim a praecedenti *ἀξιομαθήτων*. Et mox *ὑπάρχει* rescripsi pro *ὑπάρχοντα*, non solum sensu hoc exigente, sed etiam auctoritate codicis MS. *Kust.* Schwarzius suspicatur *φυλαττόμενος*, locumque ita vertit: *neque superstitionis causa tale quiddam sustinens, sed potius amore et appetitione contemplationis et pietatis, cauens ne quid ipsum in arcanis deorum sacris aut mysteriis rerum scitu dignarum fugeret, iamque praesciens etc.* *Kiess.*

- 10) *μνημάτων*] Ita scribendum est pro *μνημάτων*. Mendum hoc iam ante etiam deprehenderat Anonymus in annotationibus, quas Arcerius Castigationibus suis in Iamblichi *Protrepticon* subiecit. *Kust. in Praef.*

των ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ¹¹⁾ ἀναχθεῖς κατὰ τὰς
¹²⁾ Θάλεω τοῦ διδασκάλου ὑποθήκας διεπορ-
 θμεύθη ἀμελλητὶ ὑπὸ τινῶν Αἰγυπτίων πορ-
 θμέων καιριώτατα προσορμισάντων τοῖς ὑπὸ
 Κάρμηλον τὸ Φοινικικὸν ὄρος αἰγιαλοῖς· ἔν-
 θα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ
 ἱερόν· οἵπερ ἄσμενοι ἐδέξαντο αὐτόν, τὴν τε
¹³⁾ ὥραν αὐτοῦ κερδῆσαι, καὶ εἰ ἀποδοῖντο,
 15 τὴν πολυτιμίαν προειδόμενοι. ¹⁴⁾ Ἐπεὶ μέντοι,
 (12) κατὰ τὸν πλοῦν ἐγκρατῶς αὐτοῦ καὶ σεμνῶς,
 ἀκολούθως τε τῇ συντροφῇ ἐπιτηδεύσει ¹⁵⁾ δια-
 τάττοντος, ἄμεινον περὶ αὐτοῦ διατεθέντες,

¹¹⁾ ἀναχθεῖς] Codex MS. ἀγασθεῖς pro voce nihili
 ἀγαθεῖς, quae in priore Edit. reperitur. At nec ἀγα-
 σθεῖς sensui loci huius conuenit: pro quo proinde ἀγαν-
 ῆσθεῖς lubens rescripserim. Sic enim sensus erit planus,
 Pythagoram nempe valde laetum secundum Thaletis
 magistri sui praeceptum in Aegyptum traiecissee. Kust.
 Schwarzius ita de hoc loco: „Vox nihili ἀγασθεῖς ex
 „ἀγισθεῖς vel ἀγρευθεῖς corrupta esse videtur. Nam
 „quia paulo ante de mysteriis, quibus initiatus erat
 „Pythagoras, sermo fuerat, belle expiatus abiisse in
 „Aegyptum dicitur. Nam ἀγνέεσθαι et similia verba
 „elegantia his in rebus fuisse cum aliunde tum ex
 „Pollione constat. Diis autem consecratum proficisci
 „laudis est et felicitatis haud exiguae. Atque hoc in
 „Pythagora auctor noster praedicat.“ Etiam in Ciz.,
 vt in ed. Arc., est ἀγαθεῖς· at in margine Rigalt. nota-
 tum est ἀναχθεῖς, quod ad veram lectionem ἀναχθεῖς
 deducit, quam auctori reddidimus. Kiess.

¹²⁾ Θάλεω] In Ciz. Θαλέω. Tum pro ἀμελλητὶ in Ciz.
 ἀμελλητῇ, in Arc. ἀμιλητῇ. Pro Φοινικὸν scripsi cum
 Kustero Φοινικικόν. Kiess.

¹³⁾ ὥραν] Post hoc vocabulum videtur excidisse ἄν.
 Pro αὐτοῦ, quod sequitur, in Ciz. est αὐτοῦ τε. Kiess.

Aegypto sibi initia promitteret: Thaletis praeceptoris sui monita secutus, soluit et confestim e Phoenicia eo traiecit portitorum quorundam Aegyptiorum ope, qui ad litus Carmelo Phoenicum monti subiectum opportune appulerant: vbi nimirum Pythagoras saepe in templo solus versabatur. Eum nautae lubentes receperunt, ob formositatem eius lucrum pretiumque ingens, si venundarent, sibi augurati. Veruntamen, cum inter nauigandum animaduernerent, quanta cum continentia grauitateque pro vitae, cui insueuerat, conditione ageret,

14) Ἐπεὶ μέντοι] Sequitur periodus vastae longitudinis, continuata vsque ad finem sectionis 16, in qua tamen praeter interpuncta, male a Kustero posita, pauca erant corrupta. Post ἐπεὶ μέντοι, quae verba sunt vertenda *veruntamen*, posui comma; pro ἀναμνησθέντες e Cd. Par. scripsi ἀναμνησθέντες τε, quo hoc participium cum antecedentibus διατεθέντες et ἐνιδόντες coniungatur, vt cap. V. sect. 21. in simili periodo λογισάμενός τε; verba ἐνέβη, ἐκάθισεν, διέμεινε et κατέδαρθε pendent ex coniunctione ὥς post ἀναμνησθέντες; denique post βραχὺ punctum sustuli, et post θεοῦ colon posui. *Kiess.*

15) διατάττοντος] Nisi vox mendo laborat, subintelligendum est ἑαυτὸν, idque vertendum, *cum se componeret*. Alias etiam non inepte legere possis διάγοντος quam lectionem Obrechtus ob oculos habuisse videtur. *Kust.* Schwarzius l. l. p. 358 sq. locum sic emendat: ἐπεὶ μέντοι κατὰ τὸν πλοῦν ἐγκρατεῖς αὐτοῦ καὶ σιμνῶς ἀκολούθως τε τῇ συντροφῇ ἐπιτηδεύει ἐπιτηδεύς, διηλάττοντο, ἄμεινον περὶ αὐτοῦ διατεθέντες κ. τ. λ. *Veruntamen quum in nauigando modeste ibi et decenter et consuetae virtuti conuenienter se gessisset, reconciliabatur ei et melius in eum erant animati. Verissimum*

καὶ μείζον τι ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνιδόν-
τες τῇ τοῦ παιδὸς εὐκοσμία, ¹⁶⁾ ἀναμνησθέντες
τε, ὡς προσορμίσασιν εὐθύς αὐτοῖς ὥσθη κα-
τιῶν ¹⁷⁾ ἀπ' ἄκρου τοῦ Καρμήλου λόφου,
¹⁸⁾ (ιερώτατον δὲ τῶν ἄλλων ὁρῶν ἡπίσταντο
αὐτὸ καὶ τοῖς πολλοῖς ἄβατον) σχολαίως τε
καὶ ἀνεπιστρεπτὶ βαίνων, οὔτε κρημνώδους
τινὸς οὔτε ¹⁹⁾ δυσβάτου πέτρας ἐνισταμένης,

quidem est, quod addit Schwarzius, nimis saepe factum
esse, ut vocabulorum geminandorum excideret alterum
(cf. Schaefer. Mel. crit. p. 69. et Praef. ad Anacr. Carm.
p. XII. sq. Wyttenbach. Bibl. crit. Vol. II. P. II. p. 65.),
eius tamen ratio ut nostro loco minime probari potest,
ita multo probabilius cum Kust. scribitur *διάγοντος*.
Kiess.

¹⁶⁾ ἀναμνησθέντες] Ne oratio sit ἀνακόλουθος, scriben-
dum est ἀνεμνήσθησαν. Nullum enim aliud deinceps
sequitur verbum, ad quod participia illa praecedentia,
διατεθέντες, et ἐνιδόντες, referri possint. *Kust.* Non
opus est hac correctione. Pro εὐκοσμία in Ciz. est
εὐκοσμίαν. *Kiess.*

¹⁷⁾ ἀπ' ἄκρου τοῦ Καρμήλου λόφου] Hoc loco Iambli-
chi Carmelitae quidam abutuntur ad persuadendum aliis,
Pythagoram etiam fuisse Carmelitam. Aiunt enim,
ordinem suum ab ipso Elia, qui Pythagora utique an-
tiquior fuit, institutum, a monachis siue eremitis in
monte Carmelo degentibus continua successione per
plura secula propagatum fuisse: cumque ordo isto
sanctitatis fama celebris fuerit, Pythagoram ad mon-
tem Carmelum accessisse, ut sacris eius initiaretur.
Sane, Philippus Tessiere Carmelita, anno 1612. Biteris
in prouincialis ordinis sui conuentu, coram urbis eius-
dem Episcopo, non dubitauit inter alias *Historiae Car-
melitanae theologiae propugnandae Theses* etiam hanc
proponere: *Valde esse probabile, Pythagoram Philoso-
phum etiam fuisse Carmelitam, sicque discipulos suos in-
stituisse, ut victu, conuersatione, et vestitu discipulos*

iam aliter erga ipsum animati, et in pueri modestia aliquid homine maius notantes, memoriaque repetentes, vt ex insperato appellentibus apparuisset, cum a summo Carmeli vertice, quem prae aliis montibus sacrum vulgoque inaccessum nouerant, lento gradu et nunquam respiciens descenderet, nullo praecipitio, vel etiam inuio saxo eum

Eliae omnino referrent. Sed hanc sententiam nullo rationis nixam fundamento merito refellit Papebrochius in Responsione ad R. P. Sebastianum a S. Paulo, Part. II. Artic. XVI. vbi prolixè de hoc argumento agitur. Kust.

18) *ἱερώτατον δὲ τῶν ἄλλων ὄρ. ἦπ.*] Sic recte MS. Paris. In Editione vero Arcerii corrupte legitur, *ἱερωὶ δὲ τῶν ἄλλων ὄρων ἀπίσταντο. αὐτὸ καὶ πολλοῖς ἄβατον.* Kust. Etiam in Ciz. ante πολλοῖς deest τοῖς. Kiess.

19) *δυσβάτου*] Pessime antea legebatur *εὐοράτου*: pro quo *δυσβάτου* auctoritate codicis MS. reposui. Kust. Consentit Ciz. in *δυσβάτου*. At Schwarzius l. l. monet, particulas οὐδὲ esse disiunctivas, nomina autem τοῦ κρημνώδους et τοῦ δυσβάτου seiungi non posse, quia, quum de montibus dicantur, vnum idemque signent, si rem spectes. Nam praecipitia loca montium impedita esse ad eundem, et loca montium difficilia itu esse ea, quae praecipitium aliquod obiciant. Ergo vt disiunctio locum habere possit, hic vir doctus legere mauult *εὐβάτου*, hoc quidem modo: οὐδὲ κρημνώδους τινός, οὐδὲ εὐβάτου πέτρας ἐνισταμένης, non obstante nec praecipiti petra vlla, nec leui ac facili. Vnde Schwarzius οὐδὲ adsciuerit, quum vbiuis legatur οὕτε, ignoro; sed eius κρίσιν inanem esse, in promptu est, quum omnia quidem κρημνώδη sint δύσβατα, at non contra omnia δύσβατα item κρημνώδη, neque πέτρα εὐβατος obstat eunti. Δύσβατος idem est quod τραχύς, quod cum κρημνώδης coniunxit Herodian. VI, 5. 5. τὰ τῆς χώρας ὄρη, τραχύτατά τε ὄντα καὶ κρημνωδέστατα. Kiess.

καὶ ἐπιστὰς τῷ σκάφει, μόνον τε ἐπιφθεγξά-
 (13) μενος, ²⁰⁾ εἰς Αἴγυπτον ὁ ἀπόπλους; κατανευ-
 σάντων αὐτῶν, ἐνέβη καὶ σιωπῇ ἐκάθισεν, ἔν-
 θα μάλιστα οὐκ ἔμελλεν αὐτοῖς ἐμπόδιος ἔσε-
 16 σθαι ναυτιλλομένοις παρ' ὅλον τὸν πλοῦν, ἐφ'
 ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος διέμεινε δύο
 νύκτας καὶ τρεῖς ἡμέρας μῆτε τροφῆς, μῆτε
 ποτοῦ μετασχὼν, μῆτε ὕπνου, ὅτι εἰ μὴ λα-
 θὼν ἅπαντας, ὡς εἶχεν ἐν τῇ ἐδραίᾳ καὶ ἀσα-
 λεύτῳ ἐπιμονῇ κατέδαρθε βραχύ, ²¹⁾ καὶ ταῦ-
 τα ²²⁾ διηνεκοῦς καὶ σεσυρμένου παρὰ προς-
 δοκίαν, εὐθυτενοῦς τε συμβάντος αὐτοῖς τοῦ
 πλοῦ, ὡσάν τινος παρουσία θεοῦ· πάντα συν-
 τιθέντες τὰ τοιάδε καὶ ἐπισυλλογιζόμενοι,
 δαίμονα θεῖον ὡς ἀληθῶς ἐπέισθησαν σὺν
 αὐτοῖς ἀπὸ Συρίας εἰς Αἴγυπτον μετιέναι, καὶ
 τὸν τε πρόςλοιπον εὐφημώτατον πλοῦν διεξι-
 νυσαν, καὶ σεμνοτέροις, ²³⁾ ἥτερ εἰώθεσαν,
 ὀνόμασί τε καὶ πράγμασιν ἐχρήσαντο πρὸς τε
 ἀλλήλους καὶ πρὸς αὐτὸν, μέχρι τῆς εὐτυχε-
 στάτης συμβάσεως αὐτοῖς καὶ ἀκυμάντου

20) εἰς Αἴγυπτον] Gisb. Cuper. Observat. lib. III. c. III.
 p. 269. et Scaliger censent, legendum esse: εἰ εἰς Αἴ-
 γυπτον. At facile caremus particula interrogatiua, quum
 interrogatio, quae in his verbis inest, vocis modula-
 tione satis indicaretur. Kiess.

21) καὶ ταῦτα] Puto excidisse μετὰ, vt legendum sit,
 καὶ μετὰ ταῦτα. Sic enim sensus omnino erit planus.
 Kust. Nihil est addendum, neque audiendus Schwarz-
 zius, καὶ ταῦτα interpretans interea, nisi scribere vo-
 luerit praeterea. Kiess.

morante; vtque, cum ad scapham venisset, nihil aliud dixisset, quam, in *Aegyptum* cursus est? et annuentibus ipsis nauem conscendisset, tacitusque toto nauigationis tempore consedisset, vbi ministeriis nautarum nihil impimenti esset allaturus, permansissetque in eodem habitu duas noctes tri-duumque integrum, non cibum, non potum, non somnum capiens, nisi forte cunctis non aduertentibus, vti erat in sede sua constanter compositus immotusque, paulisper dormitauisset, quumque adeo praeter expectationem continuo nec interrupto tractu rectus ipsis cursus esset, quasi deus aliquis praesens interuenisset: haec omnia inter se nautae comparantes concluderunt, daemonem vere diuinum secum in Aegyptum e Syria transire: vnde male ominatis verbis abstinentes, quod reliquum fuit nauigationis, absoluerunt, et sermone factisque vsi sunt tum inter se, tum erga ipsum, honestioribus, quam solebant, donec feliciter per summam maris tranquillitatem ad

22) διηγεκοῦς] Ita Kust., in ed. Arc. et Ciz. διηγεκοῦς. Pro εὐθυτενοῦς Heraldus coniecit κατὰ τοῦν, sine causa, recte censente Reinesio in margine Cod. Ciz. Paulo post Ciz. συντεθέντες. Kiess.

23) ἤπερ] In edd. Arc. et Kust. vitiose εἴπερ, in Ciz. ἤπερ. Notauit illud editionum vitium etiam Schwarzius. Kiess.

24) παρόδου εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἡὺνα τοῦ σκά-
 17 φους προσοχῆς. Ἐνθα δὲ ἐκβαίνοντα 25) ὑπε-
 (14) ρεΐσαντες σεβαστικῶς ἅπαντες καὶ διαδεξά-
 μενοι 26) ἐκάθισαν ἐπὶ καθαρωτάτης ἁμμον,
 καὶ αὐτοσχέδιόν τινα βωμὸν πρὸ αὐτοῦ πλά-
 σαντες, 27) ἐπικινήσαντες τε ὄσων εἶχον ἀκρο-
 δρύων, οἷον ἀπαρχάς τινας κατατιθέμενοι τοῦ
 φύρτου μεθώρμισαν τὸ σκάφος, ὅπουπερ καὶ
 προέκειτο αὐτοῖς ὁ πλοῦς. ὁ δὲ διὰ τοσὴνδε
 αἰτίαν ἀτονώτερον τὸ σῶμα ἔχων οὔτε πρὸς
 28) τὸν ἀποβιβασμὸν καὶ τὴν 29) τῶν ναυτῶν

24) παρόδου] Haec vox videtur loco suo mota esse et
 ponenda post συμβάσης αὐτοῖς· ut totus locus sic lega-
 tur: μέχρι τῆς εὐτυχιστάτης συμβάσης αὐτοῖς παρόδου καὶ
 ἀνυμάντου εἰς τὴν Αἰγυπτίαν, etc. Nisi enim sic statuas,
 vox παρόδου omnino erit superuacanea, nec locum hic
 habere poterit. Kust. Schwarzius locum sic emendat:
 ὀνόμασί τε καὶ πράγμασιν ἐχρήσαντο πρὸς τε ἀλλήλους καὶ
 πρὸς αὐτόν, εὐτυχιστάτης συμβάσης αὐτοῖς καὶ ἀνυμάντου
 παρόδου μέχρι τῆς εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἡὺνα τοῦ σκάφους
 προσοχῆς· et honestioribus quam consueuerant, et vocibus
 et negotiis uti coeperunt cum inter se tum ad ipsum,
 transitu eis prospero et tranquillo oblato, usque dum
 nauicula ad littus Aegypti esset appulsa. Codex Ciz.
 praebet πάροδον, quod disiungendum videtur in παρ'
 ὁδόν, et intelligi potest aut per cursum, dum nauigabant:
 aut praeter cursum, postquam cursum per mare perege-
 rant. Forsitan tamen huius loci vitium inest in προσοχῆς.
 Nam quanquam προσέχειν saepius dicitur de nauium ap-
 pulsione, substantiuum tamen προσοχή hac significatione
 praeter hunc locum vix occurrit. Hoc si recte ponitur,
 videri potest in προσοχῆς latere πρὸς ὄχθην, quibus ver-
 bis e margine in textum translatis et deprauatis libra-
 rius aliquis verba εἰς ἡὺνα explicauerit. Denique παρό-
 δου interpretamentum esse potest substantiuum προσοχῆς
 rariori significatione h. l. usurpati. Quae ratio omnium
 maxime probabilis. Kie ss.

littora Aegypti nauem applicuerunt. Ibi vero exscendentem alternis exceptum manibus honorifice naui extulerunt, et postquam illum in purissima arena collocassent, tumultuariam coram eo aram congesserunt, eaque fructibus arboreis pro praesenti copia cumulata, et mercis, quam vehebant, primitiis apposis, inde provecti eum, quem antea destinauerant, portum petiuerunt. Ille vero tam longo ieiunio imbecillior nec cum e naui a nautis exponeretur et suble-

25) ὑπερείσαντες] Sic MS. (etiam Ciz. *Kiess.*), cuius loco antea minus recte legebatur ὑποίσαντες. ὑπερείσαντες autem veram esse lectionem, vel ex iis patet, quae paulo post sequuntur, τὴν τῶν ναυτῶν ὑπέρεισιν, etc. *Kust.*

26) ἐκάθισαν] Ciz. ἐκάθησαν. *Kiess.*

27) ἐπικινήσαντες] Est vox Lexicis ignota et mihi merito suspecta: pro qua proinde nullus dubitem rescribere, ἐπινῆσαντες, i. e. cum accumulassent, ab ἐπινῶ vel ἐπινῶ, quae est vox nota et ab optimis quibusque scriptoribus tam in prosa quam ligata oratione vsurpata. Vide Suidam v. ἐπινῆσαντες. *Kust.* Etiam Ciz. ἐπικινῆσαντες: at in margine Cod. Spanhem. notatum est ἐπινῆσαντες, vnde coniicias, legendum esse ἐπινῆσαντες ab ἐπινῆσιν. — Pro ὅσον Arc. habebat ὅσων, quod Scaliger correxit. — Ante οἶον in Ciz. vt in ed. Arc. deest καί. Deinceps Ciz. μεθώρησαν et ὡσπελιν. *Kiess.*

28) τὸν ἀποβιβασμὸν] Substantium δ ἀποβιβασμός, quo lexica Stephani et Schneideri carent, idem significat, quod verbum τὸ ἀποβιβάζειν. *Kiess.*

29) τῶν ναυτῶν] Sic recte MS. At prior Editio τῶν αὐτῶν, nullo omnino sensu. *Kust.*

ὑπέρεισιν καὶ χειραγωγίαν ³⁰⁾ ἡναντιώθη τότε, οὔτε ἀπαλλαγέντων ἀπέσχετο ἐπιπολὺ τῶν πα-
ρακειμένων ἀκροδρύων, ἀλλὰ ἐφαψάμενος χρη-
σίμως αὐτῶν καὶ ὑποθρέψας τὴν δύναμιν, εἰς
τὰς ἐγγὺς ³¹⁾ διέσωσε συνοικίας, τὸ αὐτὸ ἦθος
ἐν παντὶ ἀτάραχον καὶ ἐπιεικὲς διαφυλάττων.

K E Φ. δ.

¹⁸ ⁽¹⁵⁾ ¹⁾ Ἐκεῖθ' ἐν τε εἰς πάντα ἐφοίτησεν ἱερα
μετὰ πλείστης σπουδῆς καὶ ἀκριβοῦς ἐξετά-
σεως, θαυμαζόμενός τε καὶ στεργόμενος ὑπὸ
τῶν συγγενομένων ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ
ἐκδιδασκόμενος ἐπιμελέστατα περὶ ἐκάστου, οὐ
παραλείπων οὔτε ἀκούσασθαι τῶν κατ' ἐαν-
τὸν ἐπαινουμένων οὔτε ἄνδρα τῶν ἐπὶ συνέσει
γνωριζομένων ²⁾ οὔτε τελετὴν τῶν ὅπωςδὴποτε

³⁰⁾ ἡναντιώθη] Prior Editio male ἡ ναυτιώθη· in cuius locum veram lectionem ex MS. reposui. Sensus enim est, Pythagoram, quod propter longam inedia[m] corpore esset infirmo et imbecilli, non repugnasse nautis, qui ipsum ad exscensum ex naui faciliorem reddendum, manibus suis leuatum in terram exponere volebant. Hoc cum omnino clarum sit, miror eruditum Obrechtum in versione sua, alioqui accuratissima, priorem lectionem ναυτιώθη, quae procul omni dubio corrupta est, prae altera illa amplexum esse. Vertit enim *nausea correptus est*. Sed quis mortalium ab erroribus prorsus immunis est? *Kust.* Huic notae Kusterus in *Praefat.* alia addidit, mendum, inquiens, huic contrarium occurrere apud Phrynichum in *Ecloga Dict. Attic.* p. 32. vbi sic legitur: *Μισοδάπτυλα· ἡναντίασα τοῦτο ἀκούσας τοῦνομα.* Nunnesius, vir sane doctissimus, τὸ ἡναντίασα illic vertit *repugnauit*, quasi ab ἐναντιῶν: quam tamen vocem Hellas ignorat. Tu absque cunctatione

varetur atque manu duceretur, tum aduersatus est, nec post eorum discessum se diutius a fructibus abstinuit, quin sumeret, quod alendis viribus esset. Inde ad vicina habitacula incolumis peruenit, habitu oris tranquillo modestoque semper sibi similis.

CAP. IV.

Inde obiens omnia templa maximum studium examenque accuratum impendit, prophetas et sacerdotes, quibus vsus est, in sui amorem admirationemque excitauit, et singulis exacte perceptis non praetermisit, quin etiam cognosceret, quidquid sua aetate celebre foret, siue viri essent sapientia nobiles, siue initia quomodocunque culta:

rescribe, *θαντίλαα*, a *ναντιῶν*, *nauseare* vel *nauseam sentire*. Mens enim Phrynichi est, vocem *μεσοδάκτυλα* a puriore Atticismo adeo abhorrere, vt *nauseam* quasi sibi creet, quoties eam audiat vel legat. Sic idem pag. 38. verbum *σιχαλνομαι* ait esse *ναντίας ἄξιον*, id est, *nausea dignum*: ob eandem scilicet causam. Simili sensu vocem *ναντιῶν* accepit elegantissimus et lepidissimus Lucianus in *Rhetor. praecept.* p. 322. Edit. Amstelod. vbi inquit, *ὡς ναντιῶν ἅπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ τῶν ὀνομάτων*, id est, *vt nausea omnes afficiantur a frigidis et ineptis vocibus*.

31) *διέσωσε*] Imo *διεσώθη*, i. e. *incolumis peruenit*. Vel subintelligendum est, *ἱαντόν*. Kust.

1) *Ἐκείθεν τε*] Ita Kust. cum Arc., sed Ciz. *ἐκείθεν δέ*. Idem paulo post *συγγινομένων* pro *συγγινομένων*, quod habet Kust. cum Arc. Kiess.

2) *οὔτε τελετήν τῶν ὁπωςδήποτε*] Ita Kust. et Arc. In Ciz. et Par. *οὐ τελετήν ὑποῦν δὴ ποτε*. Kiess.

τιμωμένων, οὔτε τόπον ἀθεώρητον, εἰς ὃν ἀφικύμενος ᾤήθη τι περιττότερον εὐρήσειν. ὅθεν πρὸς ἅπαντας τοὺς ἱερέας ἀπεδήμησεν, ὥφελούμενος παρ' ἐκάστω, ὅσα ἦν σοφὸς ἕκαστος.

19 3) Δύο δὴ καὶ εἴκοσιν ἔτη κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς ἀδύτοις διετέλεσεν ἀστρονομῶν καὶ γεωμετρῶν καὶ μνούμενος οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς, οὐδ' ὡς ἔτυχε, πάσας θεῶν τελετάς, ἕως 4) ὑπὸ τῶν τοῦ Καμβύσου αἰχμαλωτισθεὶς εἰς Βαβυλῶνα ἀνήχθη, καὶ κεῖ τοῖς Μάγοις 5) ἀσμένοις ἄσμενος συνδιατρίψας καὶ ἐκπαιδευθεὶς τὰ παρ' αὐτοῖς σεμνὰ καὶ θεῶν θρησκείαν ἐντελεσάτην ἐκμαθῶν, ἀριθμῶν τε καὶ μουσικῆς καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν παρ' αὐτοῖς, ἄλλα τε δώδεκα 6) συνδιατρίψας ἔτη, εἰς Σάμον ὑπέστρεψε περὶ ἕκτον πού καὶ πεντηκοστὸν ἔτος ἤδη γεγονώς.

(16)

K E Φ. ε.

20 Ἀναγνωρισθεὶς δὲ ὑπὸ τινῶν πρεσβυτέρων, καὶ οὐκ ἔλαττον ἢ πρόσθεν θαυμασθεὶς (καλίων τε γὰρ καὶ σοφώτερος καὶ θεοπρεπέστερος

3) Δύο δὴ καὶ εἴκ.] Locum hunc ad examen reuocat, et cum chronologicis rationibus minus bene conuenire ostendit Illustris Bentleius in Dissert. de Phalar. Epist. p. 69. (p. 189. ed. Lips.) quem ut Lector adeat suadeo. Kust.

4) ὑπὸ τῶν τοῦ Καμβύσου] Sic Kust. et Arc. In Ciz. et Par. ὑπὸ τῶν σὺν Καμβύσῃ. Kiess.

5) ἀσμένοις ἄσμενος] Hanc lectionem recepi • Cd. Ciz.,

nec loca inuisere abnuebat, in quibus se inuenturum aliquid amplius putauerat. Quae de causa ad omnes profectus est sacerdotes, apud quemque horum cum fructu eruditus in ea, quam quisque tradebat, disciplina. Ita viginti duo anni in Aegypto absumti, dum in adytis templorum astronomiam, geometriam, et omnium deorum initia non pertransennam, aut perfunctorie addidit, donec a Cambysis milite inter captivos Babylonem abduceretur, ubi cum Magis lubentibus ipse lubens versatus illorum studia religionemque perfecte imbibit, et numerorum musicaeque artis et aliarum disciplinarum fastigium assecutus post annos duodecim Samum rediit, iam circiter sexaginta annos natus.

C A P. V.

Ibi a quibusdam senioribus agnitus non minus quam antea in admiratione fuit. Videbatur enim a peregrinatione plus pulcritudinis et sapientiae, maioraque diuinitatis

eandemque expressit Obrechtus. Kusterus de hoc loco haec monet: „Malim ἄσμερος (pro ἀσμέροις), i. e. libens. Vel dicendum est, post ἀσμέροις excidisse „ἄσμερος, ut legatur, τοῖς μέγαις ἀσμέροις ἄσμερος συνδιατρέψας, etc.“ Cd. Par. pro ἀσμέροις habet ἄσμενας. Kiess.

6) συνδιατρέψας] Ita Kust. cum Arc. In Ciz. est προσδιατρέψας. Kiess.

αὐτοῖς ¹⁾ ἐφάνη), παρακαλούσης αὐτὸν δημο-
σία τῆς πατρίδος ὠφελεῖν ἅπαντας καὶ μετα-
διδόναι τῶν ἐνδυμιῶν, οὐκ ἀντιτείνων τὸν τῆς
διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπιχει-
ρει, καὶ πάντῃ ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδά-
γμασι, καθ' ἃ ²⁾ ἐπαιδεύθη, εἰ καὶ μὴ σφόδρα
προσίεντο τὸν τοιοῦτον τρόπον οἱ Σάμιοι, μηδὲ
ἁρμονίως, καὶ ὥς ἐχρῆν, προσεφύησαν αὐτῷ.
³¹ Μηδενὸς οὖν αὐτῷ ³⁾ προστρέχοντος, μηδὲ
γνησίως ὀρεγομένου τῶν μαθημάτων, ⁴⁾ ἃ τοῖς
Ἑλλήσιν ἐνοικίζειν παντὶ τρόπῳ ἐπειράτο, μὴ
περιφρονῶν, μηδὲ ὀλιγωρῶν τῆς Σάμου, διὰ
τὸ πατρίδα εἶναι, γεῦσαί τε πάντως βουλόμε-
νος τῆς τῶν μαθημάτων καλλωνίης τοὺς πα-
τριώτας, εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ⁵⁾ ἀλλ' οὖν ἐπι-

¹⁾ αὐτοῖς] Hoc pronomen, quod habent edd. Arc. et Kust., deest in Ciz. Ibidem paulo post pro ἐνδυμιῶν, quae est lectio Arc. et Kust., legitur ἐνδυμίον, aequè bene. Ibidem denique διδασκαλίας et ἐπιχειρεῖ, vbi Arc. ἐπιχειρεῖ. Kiess.

²⁾ καθ' ἃ ἐπαιδεύθη] Prior Edit. male, κατ' ἐπαιδεύθη: pro quo Rittershusius in notis ad Malchum de Vit. Pyth. p. 60. et Schefferus de Philos. Ital. p. 25. emendant, καθ' ὧν· respicientes scilicet ad praecedens τρόπον. Sed nos repraesentauimus hic lectionem codicis MS. quae utique recte se habet. Kust. In margine Cod. Spanhem. notatum est καθά, quod etiam in Cd. Ciz. extat; idque et ipsum locum hic habere potest; nam διδάγματα sunt instituendi modi. Kiess.

³⁾ προστρέχοντος] Antea minus recte (etiam in Ciz. Kiess.), προτρέχοντος. Desider. Heraldus Animaduvers. in Iamblich. cap. III. legendum potius suadet, προσέ-
χοντος· quod non displicet. Kust. Idem margini Cd. Ciz. adscripsit Reinesius. Kiess.

argumenta domum reportasse. Ideoque patria publice illum inuitauit, vt omnibus participatione inuentorum suorum prodesse vellet. Nec renuebat ille: sed viam docendi per symbola ingredi coepit eodem modo, quo ipse in Aegypto doctus erat, quamuis Samii hanc docendi rationem minus amplecterentur, neque satis promte, vt par erat, eius lateri adhaerescerent. Vtut igitur nemo docenti accederet, nemo sincere satageret proficere in disciplinis, quibus omni modo inter Graecos domicilium statuere annitebatur, non tamen Samum, eo quod patria sibi esset, contemnere, curamque eius abiicere sustinuit, quin ciuibus suis vel inuitis aliquem pulcerrimarum artium gustum daret.

4) ἂ τοῖς Ἑλλήσιν ἐνοικ.] Sic locum hunc ante mutilum ex codice MS. (consentiente Ciz. *Kiess.*) suppleuimus. In priore enim Edit. legitur, τῶν μαθημάτων αὐτοῖς ἐνοικίξιν· nullo omnino sensu. *Kust.*

5) ἀλλ' οὖν] Particula haec connexionis loco huic non quadrat, sed potius τοιγαροῦν, vel οὐκ οἶν. Deinde, quae sequuntur, commodius sic legerentur, ἐπινοίῃς καὶ μεθόδοι τοιαύτη ἐχρήσατο. παρατηρήσας. Vide, Lector, et attende. *Kust.* Longe a vero aberrauit *Kusterus*, non videns, non post ἐκόντας, sed demum post μεθόδοι, vt in Ciz., interpungendum esse. Attigimus hunc locum ad Protrept. p. 19. Quemadmodum hic praecedente εἰ μὴ sequitur ἀλλ' οὖν, ita apud *Isocratem* in Archidam. sect. 27. ed. Lang. p. 196. et in Aesop. fab. I. extr. e cod. Aug. ἀλλ' οὖν γε. *Schwarzius* omnem locum sic constituit: γεῦσαι μὲν πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλωνῆς τοὺς πατριώτας, εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ἀλλ' οὖν ἐπινοίῃς καὶ μεθόδοι. Παρατηρήσας οὖν εὐ-

- (17) νοίῃ καὶ μεθόδῳ· παρατηρήσας εὐφυνῶς τινὰ καὶ εὐκινήτως ἐν τῷ γυμνασίῳ σφαιρίζοντα τῶν φιλογυμναστούντων ⁶⁾ μὲν καὶ σωμασκοούντων, πενήτων δ' ἄλλως καὶ ἀπορωτέρων, ⁷⁾ λογισάμενός τε, ὅτι εὐπειθῇ ἔξει, εἰ τὰ ἐπιτήδεια ἔκπλεῖ τις αὐτῷ ἀμεριμνοῦντι παρέχοι, προσκαλεσάμενος μετὰ τὸ λουτρὸν τὸν νεανίαν, ἐπηγγείλατο αὐτάρκη αὐτῷ ἐφόδια εἰς τὴν τῆς σωμασκίας ὑποτροφὴν καὶ ἐπιμέλειαν διηνεκῶς παρέξειν, ⁸⁾ εἰ διαδέξαιτο αὐτοῦ καταβραχύ τε καὶ ἀπόνως ἐνδελεχῶς τε, ὥστε μὴ ἀνθρώως φορτισθῆναι, μαθήματά τινα, ἃ παρὰ βαρβάρων μὲν ἐξέμαθεν αὐτὸς νέος ὢν, ἀπολείπει δ' αὐτὸν ταῦτα ἤδη διὰ τὸ γῆρας καὶ τὴν
 22 τούτου ἀμνημοσύνην. Ὑποσχομένου δὲ τοῦ νεανίου καὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων ἐλπίδι ὑπομείναντος, ⁹⁾ εἰς τὴν δι' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ

φυνῶς τινὰ etc. Particulam οὖν, quae ob ignorantiam librarii exciderit, post παρατηρήσας repetiit. Hoc sane necessarium esset, si ἐβούλετο, quod exhibet editio Kusteri, vera esset lectio. Sed pro illo imperfecto in ed. Arc. et Cd. Ciz. legitur βουλόμενος, et pro γεῖναι μὲν, quod vnde Kusterus assumscribit, non indicavit, in ed. Arc. γεῖναι τε, in Ciz. γέυσεται. Quamobrem Arcerii lectionem, auctoritate Cd. Ciz. confirmatam, reuocaui. Obrechtus omnem locum liberius interpretatus est. — Ad εὐφυνῶς καὶ εὐκινήτως conferri potest hic locus Ciceron. de Orat. III, 52. Qui utuntur armis aut palaestra, non solum sibi vitandi aut ferendi rationem esse habendam putant, sed etiam ut cum venustate moveantur. Kiess.

- 6) μὲν] Cd. Ciz. μετὰ, quae confusio creberrima est in hoc codice. Kiess.

Quare technam huiusmodi methodumque commentus est. Vidit nempe iuuenem quendam palaestrae corporisque exercitiis deditum, sed pauperem et cum re angusta domi colluctantem, in gymnasio apte facileque pila ludere. Hunc sibi dicto audientem fore reputabat, si ei de paupertate securo vitae necessaria abunde suppeditaret. Statim itaque a balneo ad se vocat hominem, eique promittit alimoniam ad corpus exercendum curandumque suffecturam se subministraturum, dummodo accipere voluerit a se paulatim labore facili et eatenus, ne obruatur, continuato quasdam disciplinas, quas se adhuc iuuenem a barbaris hausisse, iam vero sibi seni per obliuionem excidere aiebat. Cum iuuenis spe subsidiorum allectus operam promisisset et in se recepisset, ad arith-

7) λογισάμενός τε] Ita Kust. In Ciz. vt in ed. Arc. deest τε. Deinceps Ciz. νεανίαν sine τόν. Kiess.

8) εἰ διαδέξιαιτο] Sic MS. At editio Arcerii corrupte εὐδιαδέξατο. Deinde pro αὐτόν, quod itidem edit. Arce-rii habet, rescripsi αὐτοῦ, sensu manifeste eam lectionem flagitante. Sic paulo post recte, διαδέχασθαι σου τὰ μαθήματα. Kust. Etiam in Ciz. est αὐτόν· hinc rescripsi αὐτοῦ. Ibidem est καὶ ἀθρόως pro μὴ ἀθρ., et pro ἀπολείπει in Pat. ἀπολείπει. Scal. ἀπολείπειν. Pro ἤδη in Ciz. est εἶδη. Kiess.

9) εἰς τὴν — ἐνάγειν] Ἐνάγειν legitur in Ciz. Praepositionem εἰς, quae post ὑπομεινντικός facile excidere potuit, addidi propterea, quod eam omnis loci ratio efflagitat, et verbum ἐνάγειν etiam aliis locis cum εἰς

γεωμετρίας ἐνάγειν αὐτὸν ἐπειράτο, ¹⁰⁾ ἐπ' ἄ-
 βακος τὰς ἐκάστου ἀπόδειξεις ποιούμενος, καὶ
 (18) διδάσκων παντὸς σχήματος, ὃ ἔστι ¹¹⁾ διαγράμ-
 ματος, μισθὸν καὶ ¹²⁾ ἀντίπονον ¹³⁾ παρείχε τῷ
 νεανίᾳ τριώβολον· καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ
 χρόνου διετέλεσε ποιῶν, φιλοτιμότατα μὲν καὶ
 σπουδαίως, τάξει τε βελτίστη ἐμβιβάζων εἰς
 τὴν θεωρίαν, καθ' ἐκάστου δὲ σχήματος πα-
 23 ράληψιν τριώβολον ἐπιδιδούς. Ἐπεὶ δὲ ὁ νεα-
 νίας ὁδῶ τινι ἐμμελεῖ ἀγόμενος τῆς ἐκπρεπείας
 ἤδη ἀντελαμβάνετο καὶ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς
 ἀκολουθίας τῆς ἐν τοῖς μαθήμασι· συνιδὼν
¹⁴⁾ τὸ γενόμενον ὁ σοφός, καὶ ὅτι οὐκ ἂν
 ἐκὼν ἔτι ἀποσταίῃ, οὐδὲ ἀπόσχοιτο τῆς μα-

construitur, ut apud Herodian. V. 4. 2. ἐνῆγε δ' αὐτοῦς
 καὶ ἀνέπειθεν εἰς πραγμάτων καινοτομίαν. Verbum ὑπο-
 μένειν absolute positum significat aliquid in se recipere :
 quemadmodum usurpatur sect. 36. τῶν ἀνδρῶν ὑπομει-
 νάντων, ὃ τι ἂν κτείνῃ, πράξιν. In edd. Arc. et Kust.
 locus sic legitur: τὴν δι' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ γεωμε-
 τρίας ἐναγεῖν· de qua lectione Kusterus ita indicat :
 „Hæc utique sana esse non possunt. Quis enim sic
 „Græce loquatur? Quare puto Iamblichum scripsisse :
 „εἰς τὴν δι' ἀριθμ. μάθησιν καὶ γεωμετρίαν εἰσάγειν αὐ-
 „τὸν ἐπειράτο.“ Kiess.

10) ἐπ' ἄβακος] Ita Ciz. et hic et paulo inferius. Simi-
 liter in Protrept. p. 372. ἐπὶ τοῖς ἄβαξι. In edd. Arc.
 et Kust. est ἄμβακος. Kiess.

11) διαγράμματος] Secutus sum Schwarzii sententiam
 censentis, Iamblichum nomen σχήματος explanare per
 vocabulum artis διαγράμματος, quod ut notius et arti
 usitatus per ὃ ἔστι voluerit. Antea enim scriptum
 erat dinisim διὰ γραμμάτων, pro quo vir doctus ad
 marginem codicis Spanhemiani notauerat διὰ γραμμῶν,

meticam et geometriam eum excitare studebat, demonstrationibus in abaco propositis: et pro singulis figuris, quas delineauerat, iuueni mercedem laboris tres obolos dedit. Idque per tempus satis longum continuatum est intenta cura studioque, nec non cum bono ordine et ad contemplandum manuductione, ita vt iuuenis tres obolos ferret, simul ac figuram geometricam apprehendisset. Deinde cum vir sapiens obseruaret, disciplinarum elegantiam et dulcedinem ac connexionem animo iuuenis concinno ordine viaque deducti iam se altius insinuasse, neque in curriculo discendi illum substiturum esse, aut manum de ta-

probante Kustero. Equidem tamen non repugnauerim, si quis existimet, verba ὃ ἐστὶ διαγράμματος, esse glossema. De ipso vocabulo διάγραμμα v. Fischer. ad Platon. Phaedon. p. 306. — Pro ὃ ἐστὶ in Ciz. est οὗ ἐστὶ. Kiess.

12) ἀντίποινον] Id est, quod pro labore datur. Sed est vox insolens. Vir doctus ad marginem codicis Spanhem. rescripserat, ἀντίποινον. Kust.

13) παρῆγε τοῖς νεανίαις τριώβολον] Ad hunc locum Iamblichi respexit Eustathius ad Il. v. p. 951. Ed. Rom. vbi ait: Οἶδαμεν δὲ ἐκ τῶν Ἰαμβλίχου, καὶ ὅτι ἀπὸ Πυθαγόρου εἰληγται αὕτη, ὃς μαθητῇ δεξιῷ μὲν, ὀκνηρῷ δὲ εἰς μάθῃσιν, καθ' ἑκάστον μαθηματικὸν σχῆμα τριώβολον εἰδίδου, ἑξανοῦμειος οὕτω τὴν τοῦ παιδευομένου μάθῃσιν. Kust.

14) τὸ γινόμενον] Ita Arc. et Kust., τὸ γινόμενον Cdd. Ciz. et Par. Kiess.

24 θήσεως, ¹⁵⁾ οὐδ' εἰ πάντα πάθοι, πενίαν ὑπε-
 τιμήσατο καὶ ἀπορίαν τῶν τριωβόλων. Ἐκεί-
 νου δὲ εἰπόντος· ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων οἴος
 τ' εἰμὶ μανθάνειν καὶ διαδέχεσθαι σου τὰ μα-
 θήματα· — ἐπήνεγκεν· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς τὰ
 πρὸς τροφήν ἐπιτήδεια ἔχω ἔτι οὐδ' εἰς ἐμαν-
 (19) τόν· ¹⁶⁾ δέον οὖν σχολάζειν εἰς πορισμὸν τῶν
 κατ' ἡμέραν ἀναγκαίων καὶ τῆς ἐφημέρου
 τροφῆς, οὐ καλῶς ἔχειν, ¹⁷⁾ ἄβασι καὶ ἀνο-
 νήτοις ¹⁸⁾ ματαιοπονήμασιν ἑαυτὸν ἀντιπερι-
 σπᾶν. ὥστε τὸν νεανίαν, δυσανοσιώτως τοῦ
 συνείρειν τὴν θεωρίαν ἔχοντα, καὶ ταῦτ' εἰ-
 πεῖν· ἐγὼ σοι λοιπὸν ποριῶ καὶ ἀντιπελαρ-
 γήσω τρόπον τινά. κατὰ γὰρ ἕκαστον ὁχῆμα
 25 τριώβολον καὐτός σοι ἀντιπαρέξω. καὶ τὸ ἀπὸ
 τοῦδε οὕτως ἐάλω ὑπὸ τῶν μαθημάτων, ὥστε
 μόνος Σαμίων ¹⁹⁾ συναπῆρε Πυθαγόρα, ὁμῶ-

¹⁵⁾ οὐδ' εἰ πάντα πάθοι, πεν.] Desiderius Heraldus
 in Animaduvers. in Iamblichum cap. 3. locum hunc,
 qui in priore Edit. mala interpunctione laborat, et
 ab Arcerio interprete pessime acceptus erat, recte
 exposuit et distinxit. Nimirum Arcerius sic legen-
 dum et distinguendum censebat, οὐδ' εἰ πᾶσαν πάθοι
 πέναν, ὑπετιμήσατο καὶ ἀπορ. quod vertit: etsi vel
 omnem paupertatem foret subiturus, honoravit indi-
 gentiam eius etiam triobolis. Poteratne quicquam
 dici a mente Iamblichi alienius? Sed talia sex-
 centa sunt in versione Arcerii. Ἐποτιμήσασθαι hic
 est προφασίζεσθαι (v. Heyne ad Apollod. p. 350.
 Kiess.), causari, praetextere: quod notandum, quia
 Lexica vulgata nullum eius significationis exemplum
 afferunt. Opportune Hesychius, Ἐποτιμήσεως, προφά-
 σεως· quem locum adduxit etiam Heraldus. Kust.

bula retracturum, etiamsi extrema pateretur; paupertatem causatus, se amplius quos daret obolos habere negavit. Quo audito iuuenis, Ego vero, inquit, etiam sine istis discere potero quod doces. Respondit autem Pythagoras, neque sibi ipsi iam suppetere, vnde viueret: cum igitur de quotidie necessariis victuque diurno laborandum esset, intempestiuum videri, abaco incumbere animumque sterili et vano opere distrahere. Tum denique iuuenis aegre ferens, se a continuandis disciplinis auelli, Ego, inquit, in posterum alimenta tibi suppediabo, et ciconias imitatus te mutuo sustentabo; nam in singula schemata tres obolos vicissim tibi dabo. Tantoque exinde disciplinarum amore captus est, vt solus inter Samios cum Pythagora e patria discederet,

Pro οὐδ' εἰ in Ciz. est οὐ δὲ - tum πάθει. In margine Cod. Spanhem. e Cd. Par. notatum est παθοίη, vt ibidem cap. III. sect. 14. not. 8. pro διαλάθῃ legitur λαθοίη. Atque nescio an haec optatiui forma in verbis barytonis vsitatio sit, quam Buttmanno (Gram. gr. p. 235. ed. 5.) videtur. *Kiess.*

16) δέον οὖν] Sic MS. At prior Edit. male, διό τοῦν, quod Arcerio fraudi fuit. *Kust.*

17) ἄβασι] Etiam hic, vt supra, e Ciz. hanc formam retinui. Edd. Arc. et Kust. ἄμβαςι. *Kiess.*

18) ματαιοπονήμασιν] Antea male, ματαιονήμασιν. *Kust.*

19) συνεπῆς] Sic recte legendum monuit Cl. Dodwellus in Exercit. de Pythag. aetate p. 145. Prior enim editio male habet, συνεπῆς. *Kust.* Tum Ciz. δωάννυμος pro δμώννυμοι. — Post δμώννυμος videtur excidisse particula μὲν. *ss.*

νυμος ὢν αὐτῷ, Ἐρατοκλέους δὲ υἱός. τούτου
 δὴ καὶ τὰ ἀλειπτικά συγγράμματα φέρεται,
 20) καὶ ἡ ἀντὶ ἰσχάδων τοῖς τότε ἀθληταῖς
 πρεσβύτους τροφῆς διάταξις, οὐ καλῶς εἰς Πυ-
 θαγόραν 21) τὸν Μνησάρχου τούτων ἀναφερο-
 μένων. Λέγεται δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον
 θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον, προς-
 ελθόντα [αὐτὸν] πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγό-
 μενον 22) καὶ τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος βω-
 μόν, καὶ τοῦτον θεραπεύσαντα. ὅθεν εἰς ἅ-
 (20) παντα τὰ μαντεῖα παρέβαλε. καὶ ἐν Κρήτῃ
 δὲ καὶ ἐν Σπάρτῃ τῶν νόμων ἕνεκα διέτριψε.
 καὶ τούτων ἀπάντων ἀκροατὴς τε καὶ μαθη-
 τὴς γενόμενος, εἰς οἶκον ἐπανελθὼν ὥρμησεν
 26 23) ἐπὶ τὴν τῶν παραλελειμμένων ζήτησιν. Καὶ
 πρῶτον μὲν διατριβὴν ἐν τῇ πόλει κατεσκευά-
 σατο, 24) Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν
 ἡμικύκλιον, ἐν ᾧ νῦν Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν
 βουλευόνται, νομίζοντες περὶ τῶν καλῶν καὶ
 τῶν δικαίων καὶ τῶν συμφερόντων ἐν τούτῳ
 τῷ τόπῳ ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν, 25) ἐν ᾧ κα-

20) καὶ ἡ ἀντὶ ἰσχάδ.] Vide Menagium ad Laertium
 in Pythag. Num. 12. qui loca auctorum huc spe-
 ctantia collegit. Kust. Adde Meiners. l. c. p. 323.
 sqq. Kiess.

21) τὸν Μνησάρχου] Μνησάρχου scribendum esse etiam
 supra monuimus. Kust. In Civ. h. l. est Μνησάρχου,
 quod restituimus. Kiess.

22) καὶ τοῦ Γενέτορος] Καὶ τὸν τοῦ Γενέτορος rectius
 legas: ut monuit etiam Menag. ad Laert. VIII. 13.
 Caeterum conferendus est cum hoc loco Noster infra,
 Num. 35. Kust. Pronomen αὐτὸν post προσελθόντα

ipsi cognominis, filius autem Eratoclis. Huius sunt libri de re athletica, idemque ordinavit, ut athletae pro caricis carnibus vescerentur: quae non recte Pythagorae Mnesarchi filio tribuuntur. Eodem tempore et Delus admirabatur Pythagoram, cum ille ad aram incruentam Apollinis Genitoris accederet, eamque coleret. Hinc profectus est ad omnia oracula. In Creta quoque et Lacedaemone legislatorum cognoscendorum cupidus moratus, illisque auditis, domum redux ad praetermissa inuestiganda se contulit. Et primo quidem scholam condidit, etiamnum Pythagorae Hemicyclium dictam, in qua Samii de republica consilia ineunt, rati, eo potissimum loco de rebus bonis, iustis, vtilibusque agendum esse,

corruptum est, et delendum videtur: hinc vncis inclusi. Tum in Ciz. pro τοῦ est τοῦ τ, quod ortum videtur ex τὸν τοῦ. Ibidem et in Par. θεραπεύσαντες. *Kiess.*

23) ἐπὶ τῇ τῶν] Artic. τῇ, qui deest in edd. Arc. et Kust., restitui e cod. Ciz. *Kiess.*

24) Πυθαγόρου ἔτι καὶ νῦν καλούμενον ἡμ.] Sic recte codex MS. itemque Porphyrius Num. 9. Ante vero corruptissime hic legebatur, Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύλιον. *Kust.*

25) ἐν ᾧ κατεσκεύασεν] Si me audias, leges, ὃν κατεσκεύασεν, i. e. quem (locum, nempe) struxerat, vel, considerat. *Kust.* Rittershusio ad Porphyrium p. 12. videtur legendum: ἐν ᾧ κατεσκήρῳσεν. Schwarzius retinet κατεσκεύασεν, quod interpretatur versatus est. At docendum erat, actuum quoque eandem, quam me-

τεσκεύαθεν ὁ πάντων τούτων ποιησάμενος τὴν
 27 ἐπιμέλειαν. 26) Ἐξω τε τῆς πόλεως οἰκεῖον τῆς
 αὐτοῦ φιλοσοφίας ἄντρον ποιησάμενος, ἐν
 τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας
 διέτριβε, καὶ τὴν ζήτησιν ἐποιεῖτο τῶν ἐν τοῖς
 μαθήμασι χρησίμων, τὸν αὐτὸν τρόπον Μίνω
 τῷ τοῦ Διὸς υἱῷ διανοηθεὶς. καὶ τοσοῦτον
 διήνεγκεν ὕστερον τῶν τοῖς ἐκείνου μαθήμασι
 χρησαμένων, ὥστε ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ ὁμικροῖς
 θεωρήμασι μέγιστον ἐφρόνησαν. Πυθαγόρας
 δὲ συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστή-
 μην, 27) καὶ ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτῆς ὅλαις
 ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς γεωμετρικαῖς διέλασεν.
 28 Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ 28) διὰ τῶν ὕστερον ὑπ' αὐ-
 (21) τοῦ πραχθέντων ἔτι μᾶλλον αὐτὸν θαυμα-
 στίον. ἤδη γὰρ μεγάλην ἐπίδοσιν τῆς φιλοσο-
 φίας ἐχούσης, καὶ Ἑλλάδος ἀπάσης θαυμάζειν
 αὐτὸν προαιρουμένης, καὶ τῶν ἀρίστων καὶ
 τῶν φιλοσοφωτάτων εἰς τὴν Σάμον δι' ἐκεῖνον
 παραγεγονότων καὶ βουλομένων κοινωνεῖν τῆς

dium κατασκευάζεσθαι, habere vim. Locus potius sic
 est capiendus, ut ad κατασκευάσειν ex antecedentibus
 repetatur, ποιῆσθαι τὴν ζήτησιν, i. e. in quo Pythago-
 ras quaerere instituerat. Paulo ante post τῷ τόπῳ vi-
 detur excidisse δαῖν. Deinceps post πάντων ο Ciz. ad-
 didi τούτων, i. e. τῶν καλῶν καὶ τῶν δικαίων καὶ τῶν
 συμφερόντων. Kiess.

26) Ἐξω τε] In Ciz. deest τε, et pro αὐτοῦ ibi est
 αὐτοῦ. Kiess.

27) καὶ ταῖς ἀποδείξ.] Corrupta hic quaedam et trans-
 posita, quae sic emendare et in ordinem redigere
 poteris, καὶ αὐτὴν ὅλην ταῖς ἀποδείξεσιν ἀριθμητικαῖς,
 etc. id est, et totam eam (nempe, scientiam rerum

quem constituerat is, qui horum omnium curam gesserat. Praeterea extra urbem suae philosophiae antrum quoddam paraverat, ubi maximam noctis dieique partem degebat, et profutura in disciplinis meditatus Minoi Iouis filio paria mente conceperat. Et eos quidem, qui postea eius dogmatibus vsi sunt, in tantum superavit, ut, quum illi contemplationibus exigui momenti se plurimum iactitarint, Pythagoras omnem rerum coelestium cognitionem absoluerit, orbemque huius scientiae demonstrationibus arithmeticis et geometricis complexus sit. Nec minus admirationis merentur, quae deinceps perfecit. Quum enim iam tum ingens philosophiae accessio facta esset, tota Graecia in eius admirationem consensit, et philosophorum optimi lectissimique propter eum Samum commeabant, ut aliquid de eius eruditione in vsus suos

coelestium) demonstrationibus arithmeticis et geometricis emensus est. Sic clara omnia. *Kust.* In Cix. *δλας* omissum est. *Kiess.*

- 28) διὰ τῶν] Sic quidem codex MS. At ratio Hellenismi requirit, ut scribatur, vel, διὰ τὰ ὑστερον ὑπ' αὐτοῦ παραθέντα vel, τῶν ὑστερον ὑπ' αὐτοῦ παραθέντων, omisso διὰ. Nam verbum παραθεῖν cum genitio rei apud Graecos construi solere, subintellecto ἔτινα, vel tyrones norunt. *Kust.* Recte Schwarzius: „Putem „verba διὰ τῶν etc. nihil labi habere. Nam διὰ cum „genitio saepe statum quendam significat. Verti „possunt igitur ita: In rebus postmodum ab eo factis „magis etiam admirandus est Pythagoras.“ *Kiess.*

παρ' ἐκείνου παιδείας, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πολι-
τῶν εἰς τὰς πρεσβείας πάσας ἐλκόμενος καὶ
μετέχειν ἀναγκαζόμενος τῶν αὐτῶν λειτουρ-
γιῶν, καὶ συνιδῶν, ²⁹⁾ ὅτι τοῖς τῆς πατρίδος
νόμοις πειθομένην, χαλεπὸν αὐτοῦ μένοντος
φιλοσοφεῖν, καὶ διότι πάντες οἱ πρότερον φι-
λοσοφήσαντες ἐπὶ ξένης τὸν βίον διετέλεσαν·
ταῦτα πάντα παρ' αὐτῷ διανοηθεὶς καὶ φεύ-
γων τὰς πολιτικὰς ἀσχολίας, ὡς δ' ἔνιοι λέ-
γουσι, τὴν περὶ παιδείας ὀλιγορίαν τῶν τότε
τὴν Σάμον οἰκούντων παραιτούμενος, ἀπῆρεν
εἰς τὴν Ἰταλίαν πατρίδα ἡγησάμενος, ³⁰⁾ τὴν
πλείονας εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν ³¹⁾ οἰ-
²⁹ στικῶς ἔχουσιν χώραν. Καὶ ἐν πρώτῃ Κρό-
⁽²²⁾ τῶν ἐπισημοτάτῃ πόλει προτρεψάμενος πολ-
λοὺς ἔσχε ζηλωτάς· ὥστε ἱστορεῖται ἑξακοσίους
αὐτὸν ἀνθρώπους ἐσχηκέναι, οὐ μόνον ὑπ'

29) ὅτι τοῖς τῆς πατρίδος.] Hic corrupta nonnulla et turbata, quae sic expedio, ὅτι τοῖς τῆς πατρίδος νόμοις πειθόμενον, καὶ αὐτοῦ μένοντα, χαλεπὸν φιλοσ. Sic omnia clara. Hinc autem et ex pluribus aliis locis patet, quam male liber hic Iamblichi a librariis acceptus sit. Kust. Mihi ab auctoris manu haec scriptura propius abesse videtur: πειθομένην ἢν χαλεπὸν αὐτῷ μένοντι φιλ. — Tum Ciz. πρότεροι. Kiess.

30) τὴν πλείονας εὖ ἐχόντων πρ.] Est locus corruptissimus, quem sic reſingo: τὴν πλείονας τῶν ἐνοικούντων τοῦ μανθάνειν ἐραστὰς ἔχουσιν· quae plures ex incolis discendi cupidos habeat. Nihil pote clarius. Τὸ εὖ ἐχόντων est ex MS. Sed prior Editio habet ἐνεχόντων, quod propius ad τὸ ἐνοικούντων accedit. Kust. Schwartzius loci lectionem sic constituit: τὴν πλείονων εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν οἰκίως ἔχουσιν χώραν.

decerperent. Cives vero eum ad omnes legationes trahebant, secumque muneribus publicis fungi cgebant. Vnde facileprehendit, legibus patriae obsequi, domique sedere et simul philosophari perdifficile esse, cunctosque, qui ante se philosophiam excoluerant, vitam inter peregrinos exegisse. Ista omnia animo voluens politicas statuit declinare administrationes, vel, ut alii volunt, Samiorum id temporis in literis socordiam aspernatus in Italiam profectus est, eam sibi patriam esse existimans regionem, quae plurimum discendi cupidorum ferax esset. Et ut primum in vrbe nobilissima Crotone hortatus est homines ad philosophiam, multos in suas partes traduxit. Sunt, qui tradant, sexcentos fuisse, quos non tantum ad capessendam philoso-

eam regionem, quae compluribus beato viuentibus ad discendum propensa esset, patriam esse arbitratus. — *Ηλείδρων* cum Arc. ed. etiam Ciz. praebet. Quum in eiusmodi locis diuinare liceat, donec de vera lectione e codice aliquo constet, illis coniecturis haec accedat: *τὴν πλείονας τῶν ἐνοικοῦντων πρὸς τὸ μανθάνειν οἰκίους ἔχουσαν χώραν* quae plures (quam Samos) incolarum discendi studiosos haberet. *Kiess.*

31) *οἰστικῶς*] Arcerius legendum censebat, *ἡθικῶς*· haud sane ad rem. Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notauerat, *οἰστικῶς*. Sed nec hoc placet. Nos, ut iam diximus, scribendum existimamus, *ἐραστὰς*· quae vox sensui convenientissima est. *Kust.* Loganus p. 94. legendum censet *οἰκητάς*. *Kiess.*

αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἧς μετεδίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον ³²⁾ κοινοβίους, καθὼς προσέταξε, γενομένους.

K E Φ. ζ'.

- 30 *) Καὶ οὗτοι μὲν ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες·
 1) οἱ δὲ πολλοὶ ἀκροαταί, οὓς ἀκουσματικούς καλοῦσιν, 2) ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὥς φασιν, ἣν πρωτίστην καὶ πάνδημον μόνον ἐπιβάς τῆς Ἰταλίας ὁ ἄνθρωπος ἐποιήσατο, πλείονες ἢ δισχίλιοι τοῖς λόγοις 3) ἐνεσχέθησαν. 4) ἀλλὰ ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξίν 5) ὁμακόειόν τε (23) παμμέγεθες ἰδρυσάμενοι καὶ 6) πολίσαντες αὐτοῖς τὴν πρὸς πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην

32) κοινοβίους] Non est audiendus Schefferus de Philos. Ital. p. 154. qui κοινόβιον legendum esse censet. Locus enim hic nulla emendatione indiget: quem optime interpretatus est Obrechtus. Kust.

*) Alterum fragmentum pertinet usque ad sect. 37. neque dubium est, quin Nicomachum habeat auctorem, quum et argumentum et verba cum iis conveniant, quae Porphyrius S. 20. sqq. e Nicomacho retulit. Meiners. p. 275.

1) οἱ δὲ πολλοί] Constructio huius loci non constat: nam deest verbum, quo nominatiuus οἱ πολλοὶ referatur. Quamobrem puto, Iamblichum omnem locum negligenter exscripsisse, et post καλοῦσιν nonnulla omisisse. Kiess.

2) ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὥς φ.] Haec, et quae sequuntur, pene totidem verbis leguntur etiam apud Porphy. de Vita Pyth. Num. 20. vnde ea Iamblichus mutuatus est. Kust. Verba, ἀκροάσει, ὥς φασιν, desunt in Ciz. In Par. secundum marginem Cod. Spanh. pro ἀκροάσει legitur ἀποκρίσει. Kiess.

phiam suam oratione mouerat, verum etiam, qui mandato eius inita bonorum vitaeque communione inter se victitabant, coenobitae inde nominati.

C A P. VI.

Et hi quidem genuini philosophiae studiosi; sed maxima pars auditores erant, qui acusmatici dicebantur; qui, quum primum Italiam attigisset, vna solum publice habita oratione capti duorum millium numerum excedebant. Hi vna cum liberis et vxoribus in vnum commune auditorium, homacoion vocant, congregati, illam ab omnibus celebratam Magnam Graeciam condi-

3) ἐνεσχέθησαν] Sic recte Ciz. In Arc. est ἐνεσχέθησαν, in Kust. ἐνεσχέθησαν. Kiess.

4) ἀλλ' ὁμοῦ] Particula ἀλλὰ locum hic habere nequit: sed eius loco, vt sensus recte procedat, scribendum est, οἵπερ, vel οὗτοι. Apud Porphyrium quidem legitur etiam ἀλλ' ὁμοῦ, sed praecedunt ista, ὡς μηκέτι οὐκ αὐτὸ ἀποστήναι, quae hic omissa sunt. Quare vel ex Porphyrio ista addenda sunt, si ἀλλὰ hic retinere velis, vel sic, vt diximus, scribi oportebit. Kust. Post ὁμοῦ in Ciz., vt in ed. Arc., deest σύν, vt Xenoph. de re equestri, 7, 1. τὰς ἡνίας ὁμοῦ τῇ χαλκῇ. Kiess.

5) ὁμακώσιον] Sic dictam fuisse Pythagoreorum schoolam, notum est. Vide quae notauit Luc. Holstenius ad Porphyr. de Vit. Pyth. Num. 20. Kust. Ὀμακώσιον τι scripsimus auctoritate Cd. Ciz. In edd. Arc. et Kust. τι abest. Kiess.

6) πολλίσαντες αὐτοῖς] Pronomen αὐτοῖς corruptum est. Videtur αὐτοὶ scribendum. — Paulo post pro ὡσανεὶ in Ciz. est ὡσάν. Kiess.

Ἑλλάδα, νόμους τε παρ' αὐτοῦ δεξάμενοι καὶ
 προστάγματα ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας, ὧν ἐκτὸς
 οὐδὲν ἔπραττον, παρέμειναν ὁμονοοῦντες ὅλῳ
 τῷ τῶν 7) ὁμιλητῶν ἀθροίσματι, εὐφημούμε-
 νοι καὶ παρὰ τῶν πέριξ μακαριζόμενοι. τὰς
 τε οὐσίας κοινὰς ἔθεντο, ὡς προελέχθη, καὶ
 μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν λοιπὸν κατη-
 ρίδμουν, ὡς ἀγαθὸν τινα δαίμονα καὶ φι-
 λανθρωπότατον· οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ
 τὸν ἐξ Ἑπερβορέων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν
 Παιῶνα, οἱ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικούντων
 δαιμόνων ἓνα, 8) ἄλλοι δὲ ἄλλον τῶν Ὀλυμ-
 πίων θεῶν ἐφήμιζον εἰς ὠφέλειαν καὶ ἐπα-
 νόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ἐν ἀν-
 θρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς
 εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σωτήριον ἕναυ-
 σμα χαρίσῃται τῇ θνητῇ φύσει· οὐ μείζον
 ἀγαθὸν οὔτε ἦλθεν οὔτε ἦξει ποτὲ δωρηθὲν
 ἐκ θεῶν διὰ τούτου τοῦ Πυθαγόρου· διόπερ
 ἔτι καὶ νῦν ἡ παροιμία 9) τὸν ἐκ Σάμου κο-
 81 μήτην ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διακηρύττει. Ἱστορεῖ
 δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς 10) περὶ τῆς Πυθα-
 γορικῆς φιλοσοφίας, διαίρεσίν τινα τοιάνδε
 ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀπορρήτοις δια-

7) ὁμιλητῶν] In Ciz. ὁμιλιτῶν. Paulo post pro πέριξ
 in Par. secundum marg. Spanh. est περί. Kiess.

8) ἄλλοι δὲ ἄλλον τ.] Vide, quae de hoc loco obser-
 vauimus supra ad Num. 10. Kust. In Ciz. pro
 ἄλλον est ἄλλως. Kiess.

9) τὸν ἐκ Σάμου κομ.] Proverbium hoc occurrit etiam

derunt. Hique, acceptis legibus et mandatis, quasi coelo missis praeceptis, a quibus latum vnguem non discedebant, eum summa totius coetus concordia vna mansitabant, laudati vndiquaque a vicinis et inter beatos habiti; opes etiam, vt iam ante dictum, in commune contulerant, ipsumque Pythagoram, vt bonum quendam daemonem hominibusque amicissimum, iam in Deorum referebant numerum. Quidam enim illum celebrabant Pythium, alii Hyperboreum Apollinem, nonnulli Paeonem: erant, qui censerent daemonem esse ex iis, qui lunam incolunt: alii alium ex Diis Olympicis ferebant, qui mortalem vitam emendaturus, eiusque commodis consulturus, isti seculo humana forma apparuerit, vt mortalibus beatitudinis et philosophiae salutare lumen donaret: quo munere nec venit nec veniet vllum aliud maius, quam quod dii per hunc ipsum Pythagoram dederunt. Quapropter hodieque prouerbium, Comatum Samium, tanquam grauissimum honestissimumque depraedicat. Tradit vero Aristoteles etiam in libris de Pythagorica philosophia, huiusmodi diuisionem a viris illis inter praecipua arca-

supra Num. 18. vbi vide, quae notauimus. *Kust.*
Ἐπὶ τῷ σιμυριδίῳ, titulo amplissimo. Kiess.

10) περὶ τῆς] Haec verba desunt in Ciz., vt in ed.
 Arc. Tum Ciz. φιλῶτατα. *Kiess.*

(24) φυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζώου τὸ μὲν ἐστὶ θεός, τὸ δ' ἄνθρωπος, ¹¹⁾ τὸ δὲ οἶον Πυθαγόρας. καὶ πάννυ εὐλόγως τοιοῦτον αὐτὸν ὑπελίμβανον, δι' οὗ περὶ θεῶν μὲν καὶ ἡρώων καὶ ¹²⁾ δαιμόνων καὶ κόσμου, σφαιρῶν τε καὶ ἀστέρων κινήσεως παντοίας, ἐπιπροσθήσεων τε καὶ ὑπολείψεων καὶ ἀνωμαλιῶν ἐκκεντρότητων τε καὶ ἐπικύκλων, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ πάντων οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν μεταξὺ ¹³⁾ φύσεων ἐκδήλων τε καὶ ἀποκρύφων ὁρθῇ τις καὶ ἐοικυῖα τοῖς οὖσι παρεισῆλθεν ἔννοια, μηδενὶ τῶν φαινομένων ἢ δι' ¹⁴⁾ ἐπινοίας λαμβανομένων μηδαμῶς ἀντιπαίουσα, μαθήματά τε καὶ θεωρία καὶ τὰ ἐπιστημονικὰ πάντα, ¹⁵⁾ ὅσα περ ὁμματοποιὰ τῆς ψυχῆς ὡς ἀληθῶς καὶ καθαρτικὰ τῆς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τοῦ νοῦ τυφλώσεως πρὸς τὸ κατιδεῖν δυνηθῆναι τὰς ὄντως τῶν ὅλων ἀρχὰς καὶ αἰτίας ἐνωκί-
32 σθη τοῖς ¹⁶⁾ Ἑλλήσιν. Παλιτεία δὲ ἡ βελτίστη

11) τὸ δὲ οἶον Πυθαγ.] Huc spectat versus ille, apud Pythagoreos olim vsitatus, Ἄνθρωπος δίπους ἐστὶ, καὶ ὄρνις, καὶ τρίτον ἄλλο· homo bipes est, et avis, et tertium quid. Per tertium quid intelligebant Pythagoram. Vide Nostrum infra cap. XXVIII. Kuss. Add. Meiners. p. 449. Kiess.

12) δαιμόνων] De harum naturarum ordine vid. cap. VI. sect. 37. et Tiedemann. p. 401. De vocabulis ἐπιπροσθήσεις et ἐπιπροσθέω cf. Stephan. Thes. T. 3. p. 559. Ἰπὸλείψις, quod substantium frustra quaeras in Schneideri lexico, h. l. idem est, quod ἐκλείψις. In eodem lexico deest ἐπικύκλος. Kiess.

13) φύσεων] In Ciz. φύσεως, οἰκυῖα, ἔνοια. Kiess.

na seruatum esse: animalium rationalium aliud est Deus, aliud homo, aliud quale Pythagoras. Nec sine ratione tanti eum fecerunt, per quem de diis, de heroibus, de daemonibus, de mundo, de sphaerarum et astrorum omnigeno motu, oppositionibus, eclipsibus et inaequalitatibus, eccentricitatibus, epicyclis, et de omnibus in vniuerso, coelo, terraque et intermediis naturis, siue apparentibus, siue occultis, recta quaedam ipsisque rebus conformis notio obuenit, nulli vel in oculos incurrenti, vel intellectu comprehensae rei contraria: tum disciplinae et contemplationes aliaeque scientifica omnia, quae mentis oculos maxime acuunt, et ab aliis studiis profectam caecitatem abstergunt, vt vera totius vniuersi principia et causas possit perspicere, inter Graecos locum inuenerunt. Ne dicam, per illum in lucem

14) ἐπινοίας] In Ciz. ἐπιπνοίας. Pro ἀντιπαίουσα Cuper. Obs. p. 270. legit ἀντιποιοῦσα, male. Post μαθήματα Ciz. omittit τε. Kiess.

15) ὅσαπερ ὀμματοποιαῖ] Ita egregie correxit Reinesius lectionem ὅσα περιουματοποιαῖ, quam cum edd. Arc. et Kust. etiam Cd. Ciz. exhibet. Eodem vitio laborat in edit. Arc. locus sect. 191., vbi pro εἰ μὴ περφεύγοντες, quae est lectio Arcerii, Cdd. Ciz. et Par. recte dant εἰ μὴ περ φεύγοντες. Ceterum vocabulum ὀμματοποιός eiusdem est farinae, cuius ὀμματουργός, quod occurrit in Protrept. p. 328. Kiess.

16) Ἑλλῆσιν] Ciz. Ἑλλῆσι. Kiess.

καὶ ὁμοδημία καὶ κοινὰ ¹⁷⁾ τὰ τῶν φίλων καὶ
 θρησκεία θεῶν καὶ ὁσιότης ¹⁸⁾ πρὸς τοὺς κα-
 τοιχομένους, νομοθεσία τε καὶ παιδεία καὶ
 (25) ἐγκρατεία καὶ σωφροσύνη καὶ ἀγχίνοια καὶ
 θειότης καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ, ὡς ἐνὶ ὀνόματι
 περιλαβεῖν, ταῦτα πάντα τοῖς φιλομαθοῦσιν
 ἀξιέραστα καὶ φιλοσπούδαστα δι' αὐτὸν ἐφά-
 νη. εἰκότως δὴ οὖν διὰ πάντα ταῦτα, ὃ δὴ
 ᾤοντο ἔλεγον, οὕτως ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον τὸν
 Πυθαγόραν.

Κ Ε Φ. ζ'.

33 Δεῖ τοίνυν μετὰ τοῦτο εἰπεῖν, πῶς ¹⁾ ἐπε-
 δήμησε, καὶ τίσι πρῶτοις τίνας τε λόγους ἐποι-
 ῆσατο, καὶ περὶ τίνων, καὶ πρὸς τίνας. οὕτω
 γὰρ ἂν γένοιτο εὐληπτα ἡμῖν τὰ τῆς διατρι-
 βῆς αὐτῷ τίνα ἦν καὶ ὅποια ἐν τῷ τότε βίῳ.
 λέγεται τοίνυν, ὡς ²⁾ ἐπιδημήσας Ἰταλία καὶ
 Σικελία, ἃς κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας
 ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ
 νεωστί, ταύτας ἡρσνείας ἐλευθερίου ὑπο-
 πλῆσας διὰ τῶν ἐφ' ἐκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ
 ἀνερρύνετο καὶ ἐλευθέρας ἐποίησε Κρότωνα

17) τὰ τῶν φίλων] In Ciz. τὰ φίλων, θρησκία. Kiess.

18) πρὸς τοὺς κατοικομένους] Sic emendavi, cum ante
 male legeretur, προσκατοικομένη. Κατοικομένους autem
 notare defunctos, notum est. Kust. In Ciz. est
 scriptum pro κατοικόμενῃ· deinceps ἐγκρατεία et θειότη-
 τι. Kiess.

2) ἐπεδήμησε] In Ciz. ἐπιδήμησε. Kiess.

exiisse optimam rerum publicarum formam, populi concordiam, bonorum inter amicos communionem, deorum cultum, religionem erga manes defunctorum, legum ferendarum rationem, eruditionem, silentium, abstinentiam ab animalibus, continentiam, temperantiam, mentis solertiam, diuinitatem, et alia, vt vno verbo complectar, bona omnia discendi cupidis amanda studioseque expetenda. Propterea, vt paulo ante dictum, iure merito homines Pythagoram supra modum suspexerunt.

C A P. VII.

Porro restat vt persequamur, quo pacto inter peregrinos, et cum quibus primum versatus sit, tum quas, et quibus de rebus, et ad quos orationes habuerit. Sic facile nobis erit intelligere, qualis tum inter homines viuendo docendoque extiterit. Primo itaque in Italiam et Siciliam aduentu, quas vrbes a se inuicem, vel iam olim, vel nuper in seruitutem redactasprehendit, illis animum ad libertatem erexit, et in pristinum statum per suos auditores illarum ciues asseruit, adeoque liberas fecit Croto-

2) ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ καὶ Σικ.] Haec, et quae sequuntur vsque ad verba illa, ὁμοῦ δὲ πάντων ἀμετρίαν, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 21. 22. unde ea Iamblichus sumsit. *Kust.*

καὶ Σύβαριν καὶ Κατιάνην καὶ Ῥήμιον καὶ
 Ἰμέραν καὶ Ἀκράγαντα καὶ 3) Ταυρομενάς
 (26) καὶ ἄλλας τινάς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ
 4) Χαρώνδα τοῦ Καταναίου καὶ Ζαλεύκου τοῦ
 Λοκροῦ, δι' ὧν εὐνομώταται καὶ ἀξιοζήλωτοι
 ταῖς 5) περιοίκοις μέχρι πολλοῦ διετέλεσαν.
 34 Ἀνείλε δὲ ἀρδην στάσιν καὶ διχοφωνίαν καὶ
 ἀπλῶς ἐτεροφροσύνην οὐ μόνον ἀπὸ τῶν γνω-
 ρίμων καὶ τῶν 6) ἀπογόνων αὐτῶν μέχρι πολ-
 λῶν, ὡς ἰστορεῖται, γενεῶν· ἀλλὰ καὶ καθό-
 λου ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ πόλεων
 πασῶν κατὰ τε ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλλήλας. πυ-
 κνὸν γὰρ ἦν 7) αὐτῷ πρὸς ἅπαντας πανταχῇ
 πολλοὺς καὶ ὀλίγους ἀπόφθεγμα, χρησμῷ θεοῦ
 συμβουλευτικῷ ὅμοιον, ἐπιτομή τις ὡςπερὶ
 καὶ ἀνακεφαλαίωσις· τις τῶν αὐτῷ δοκούντων,
 τὸ τοιοῦτον 8) [ἀπόφθεγμα]. Φυγαδευτέον
 πάσῃ μηχανῇ καὶ περικοπτέον πυρὶ καὶ αἰδήρῳ
 καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νό-
 σον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς 9) ἀμάθειαν, κοιλίας δὲ
 πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκου δὲ διχο-

3) Ταυρομενάς] Sic MS. At prior Edit. corrupte, Ταρραμενάς· pro quo Arcerius infeliciter Τρεβητίαν rescribendum censebat. Apud Porphyrium est, Ταυρομένην. Alii vero scriptores urbem hanc vulgo Ταυρομένιον appellant. Kust. Conf. Rittershus. in Porphy. p. 26. et Bentleii opusc. philol. p. 250 sqq. Kiess.

4) διὰ Χαρώνδα] In Ciz. διὰ Χαρώνδα τε. De Charondae et Zaleuci legibus conf. Benth. l. c. p. 336 — 363. Kiess.

nem, Sybarim, Catanen, Rhegium, Himeram, Agrigentum, Tauromenas, et alias quasdam, quibus per Charondam Catanaeum et Zaleucum Locrensem etiam leges tulit, quarum beneficio et ipsae bene se habuerunt, et aliis vicinis exemplum, quod imitarentur, diutissime praebuerunt. Sustulit autem funditus seditionem et discordiam et omne partium studium non tantum inter suos discipulos eorumque posteros vsque ad multas, vt aiunt, aetates, verum etiam ab omnibus Italiae Siciliaeque vrbibus domi forisque turbatis. Saepe enim illi et omni in loco ad quosuis siue multos siue paucos in ore erat apophthegma dei responsum dantis oraçulo simile, et placitorum suorum velut epitome et summa quaedam, idque ita habebat: Profligandum esse omnibus machinis et igne ferroque ac variis modis resecandum a corpore morbum, ab anima inscitiam, a ventre sumtus nimis magnos, ab vrbe seditionem, a domo dissi-

- 5) *περιοίκους*] Sic recte MS. At prior Edit. male, *ὑπεριοίκους*. Kust. Scal. coniecit, *περιπεριοίκους*. Kiess.
- 6) *ἀπογόνων*] Ciz. cum Arc. male *ἀπογόνων* δέ. Tum idem Ciz. *οὐς ἱστορεῖται*. Kiess.
- 7) *αὐτῷ*] Ciz. *αὐτό*. Idem deinceps pro lectione Kusteri, *χρησμῷ Θεοῦ συμβουλευτικῷ*, haec habet: *χρησμομένη Θεοῦ συμβουλευτικοῦ*, vbi Arcerius, *χρησμῷ Θεοῦ συμβουλευτικοῦ*. Conf. ad cap. II. not. 8. Kiess.
- 8) *ἀπόφθεγμα*] Alterum *ἀπόφθεγμα* delendum. Kiess.
- 9) *ἀμάθειαν*] In Ciz. vt in Arc. *ἀμαθίαν*. Kiess.

φροσύνην, ὁμοῦ δὲ πάντων ¹⁰⁾ ἀμετρίαν· δι' ὧν φιλοστοργότατα ἀνεμίμνησκεν ἕκαστον τῶν
 85 ἀρίστων δογμάτων. Ὁ μὲν οὖν κοινὸς τύπος αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἐν τε τοῖς λόγοις καὶ ταῖς πράξεσι τοιοῦτος ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἀπομνημονεῦσαι ὧν
 (27) ἔπραξε καὶ εἶπε, ῥητέον, ὥς ¹¹⁾ παρεγένετο μὲν εἰς Ἰταλίαν κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα τὴν δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἐξήκοντα, καθ' ἣν Ἐρυξίδας ὁ Χαλκιδεὺς στάδιον ἐνίκησεν. εὐθύς δὲ περί-
 βλεπτος καὶ περίστατος ἐγένετο, καθάπερ καὶ πρότερον, ὅτε εἰς Δῆλον κατέπλευσεν. ἐκεῖ τε γὰρ πρὸς μόνον ¹²⁾ τὸν βωμὸν τὸν τοῦ Γενέ-
 τορος Ἀπόλλωνος προσευξάμενος, ὃς μόνος ἀναιμακτός ἐστιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ.

K E Φ. θ'.

36 Καὶ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν πορευόμενος ἐκ Συβαρίδος εἰς Κρότωνα ¹⁾ παρὰ τὸν αἰ-

10) ἀμετρίαν] Sic recte MS. itemque Porphyrius. At prior Edit. vitiose ἀμερίαν, quod Arcerius interpretandum putabat de eo, qui nullo partium studio teneretur. Kust. Reinesius in Editione Arcerii: an legendum ἀνομοιομερίαν? Kiess.

11) παρεγένετο μὲν εἰς Ἰταλ.] Vide Rich. Bentleium in praeclara Dissert. de Phalar. Epist. p. 68. (p. 189. ed. Lips.) Kust.

12) τὸν βωμὸν τὸν τοῦ Γενέτορος] Vide Nostrum supra, Num. 25. Kust. In Ciz. τὸν ante τοῦ deest, ut supra, ibidemque exciderunt haec verba: ὃς μόνος ἀναιμακτός ἐστιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ. Καὶ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν πορευόμενος. Kiess.

dia, et simul ab omnibus excessum: quibus tanquam pater liberorum amantissimus cuius suorum placitorum refricabat memoriam. Talis erat tum temporis communis vitae character, quo in dictis factisque utebatur. Si vero etiam singillatim ea, quae fecit dixitque, enarranda sunt, indicandum est, eum in Italiam venisse Olympiade sexagesima secunda, cum stadio vicisset Eryxidas Chalcidensis. Et statim in oculis ferebatur, ingensque ad eum factus est hominum confluxus, ut et ante, quum Delum appulit. Nam insulae illius incolis admirationem sui iniecit, quum ad solam aram Apollinis Genitoris, quae vnica incruenta erat, adorasset.

C A P. VIII.

Eo tempore quum Sybaride Crotonem iret, circa littus piscatoribus superuenit ad-

- 1) *παρὰ τὸν αἰγιαλὸν δικτ.*] Historiam hanc totidem pene verbis narrat etiam Porphyrius, Num. 25. vnde Iamblichus sua mutuatus est. Tangit etiam Plutarch. *Sympos.* VIII. 8. *Βόλον ἰχθύων πρῶσθαι ποτὲ φασὶ τὸν Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι κελεύσαι τὴν σαγήνην.* Item Apuleius, in docta sane Apologia, p. m. 294. *Pythagoram memoriae prodiderunt, cum animaduertisset proxime Metapontum in littore Italiae a quibusdam piscatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emissee et pretio dato iussisse illico pisces eos, qui capti tenebantur, solui retibus et reddi profundo.* Kust. Conf. Tiedemann. l. c. p. 252. sq. Pro *παρὰ* in Cit. est *πρὸς*, quae praepositiones innumerabilibus locis confunduntur. *Kiess.*

γιαλὸν δικτυουλκοῖς ἐπέστη, ἔτι τῆς σαγήνης
κατὰ βυθοῦ ἐμφόρτου ²⁾ ἐπισυρομένης, ³⁾ ὅσον
τε πλῆθος ἐπισπῶνται εἶπεν ἰχθύων ὀρίσας
ἀριθμῶ. καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπομεινάντων, ὃ τι
ἂν κελεύσῃ, πράξειν, εἰ τοῦτ' οὕτως ἀποβαίῃ,
ζῶντας ἀφῆναι πάλιν κελεῦσαι τοὺς ἰχθύς,
πρότερόν γε ἀκριβῶς διαριθμήσαντας. καὶ τὸ
(28) θαυμασιώτερον· οὐδεὶς ἐν τοσοῦτῳ τῆς ἀρι-
θμήσεως τοῦ χρόνου τῶν ἰχθύων ἐκ τοῦ ὕδα-
τος. μεινάντων ἀπέπνευσεν, ⁴⁾ ἐδοτῶτός γε αὐ-
τοῦ. δοὺς δὲ καὶ τὴν τῶν ἰχθύων τιμὴν τοῖς
ἀλιεῦσιν, ἀπήει εἰς Κρότωνα. οἱ δὲ τὸ πεπρα-
γμένον διηγγείλαν, καὶ τοῦνομα μαθόντες
παρὰ τῶν παιδῶν εἰς ἅπαντας ἐξήνεγκαν. οἱ
δὲ ἀκούσαντες ἐπεθύμουν ἰδεῖν τὸν ξένον·
ὅπερ ἐν ἐτοίμῳ κατέστη. ⁵⁾ τὴν τε γὰρ ὄψιν,
οἷον ἐξεπλάγῃ τις ἂν ἰδῶν, καὶ ⁶⁾ ὑπενόει εἰ-

2) ἐπισυρομένης] In edd. Arcer. et Kust. est ἐπισπόμενης, in Cd. Ciz. autem ἐπισυρομένης, quod aperte corruptum est e vera lectione ἐπισυρομένης, quam Porphyrius habet, cuius haec sunt verba etiam a Kustero ad hunc locum citata: ἔτι τῆς σαγήνης ἐκ βυθοῦ πολὺν φόρτον ἐπισυρομένης. Hinc eam Iamblichō reddidimus. Vid. etiam Rittershus. ad Porphyrium p. 51. Præterea Kusterus censet, pro ἐκ βυθοῦ Iamblichum rectius habere, κατὰ βυθοῦ. Kiess.

3) ὅσον τε πλῆθος ἐπισπ. εἶπ.] Corrige ex Porphyrio, ὅσον τε πλῆθος ἐπισπ. προεἶπεν, τῶν ἰχθύων ὀρίσας τὸν ἀριθμόν. Kust. Non opus est hac correctione. Post κελεύσῃ comma posui. In Ciz. ut in ed. Arcer. est πᾶσι et διαριθμήσαντες pro πάλιν et διαριθμήσαντας. Kiess.

huc in profundo maris sagenam piscibus onustam attrahentibus, quantaque piscium multitudo, numero etiam definito, capta esset, praedixit. Illis pollicentibus, se, quicquid imperaturus esset, facturos, si euentus praedictis respondisset, mandauit, ut omnes ad vnum pisces viuos dimitterent, postquam singulos dinumerassent: quodque inprimis admirandum, piscium ne vnus quidem, multo inter numerandum elapso tempore, diuque piscibus extra aquam detentis, extinctus est, quamdiu ille praesens adstitit. Postea piscatoribus pretium soluit et Crotonem contendit. Illi vero, quod acciderat, hinc inde diuulgarunt, nomenque eius, quod ex pueris audiuerant, notum reddiderunt omnibus. Quo facto cupido incessit audientes videndi illum hospitem: idque erat obtentu non difficile. Quilibet enim vultum eius intuens quasi obstupescibat, et dein eum talem coniiciebat esse,

4) ἐστῶτος] Porphyrius rectius, ἐφιστάτος. *Kust.* Plura hic e Porphyrio emendatum it Rittershusius, quem vide p. 31. *Kiess.*

5) τήν τε γὰρ ὄψιν ἦν, οἷον ἐξεπλ.] Lego, τήν τε γὰρ ὄψιν ἦν, ἦν ἐξεπλάγη, etc. Τὸ ἦν est ex MS., pro quo antea male legebatur νῦν. *Kust.* Nemo, opinor, Kustero obsequetur, locum integrum corrumpenti. *Kiess.*

6) ὑπενόει] In Arc. καθ' ὑπονοεί, in Ciz. καθυπενόει. Videtur καθ ortum esse e praegrasso καθ. *Kiess.*

37 ναι τοιοῦτον, οἷος ὡς ἀληθῶς ἦν. *) Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας εἰςῆλθεν εἰς τὸ γυμνάσιον. πε-
ριχυθέντων δὲ τῶν νεανίσκων, παραδέδοται
λόγους τινὰς διαλεχθῆναι πρὸς αὐτούς, ἐξ ὧν
εἰς τὴν σπουδὴν παρεκάλει τὴν περὶ τοὺς πρεσ-
βυτέρους, ἀποφαίνων, ἔν τε τῷ κόσμῳ καὶ
τῷ βίῳ καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ φύσει 7) μᾶλ-
λον τιμώμενον τὸ προηγούμενον ἢ τῷ χρόνῳ
ἐπόμενον· οἷον τὴν ἀνατολὴν τῆς δύσεως, τὴν
ἔω τῆς ἐσπέρας, τὴν ἀρχὴν τῆς τελευτῆς, τὴν
γένεσιν τῆς φθορᾶς· παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς
αὐτόχθονας τῶν 8) ἐπηλύδων· ὁμοίως δὲ αὐ-
τῶν τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις τοὺς ἡγεμόνας καὶ
τοὺς οἰκιστὰς τῶν πόλεων· καὶ καθόλου τοὺς
(29) μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους δὲ τῶν ἡμι-
θέων, τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τού-
των δὲ τοὺς αἰτίους τῆς γενέσεως 9) τοῖς νεω-
58 τέροις. 10) Ἐπαγωγῆς δὲ ἕνεκα ταῦτα ἔλεγε
πρὸς τὸ περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τοὺς γονεῖς

*) Locum a sectione 37. ad 57. sine vlla fere mutatione
e Dicaearcho sumtum esse, censet Meinersius p. 275.
sq. Oratio enim, inquit, tam elegans est, et, quae
hic tanquam a Pythagora et dicta et cogitata tradun-
tur, tam sunt praeclara, tam vel huius philosophi
vel illius aetatis ingenio conuenientia, vt vel medio-
criter doctus sentiat, se hic antiquum et magnum
auctorem audire, neque aliquem eorum, qui post
Christum Pythagorae vitam exposuerunt, illa dicere
aut cogitare potuisse. Nemo autem est de veteribus
auctoribus, cui potius, quam Dicaearcho, hoc frag-
mentum adscribendum videatur. Etenim e Porphy-
rio (9. 18. 19.) scimus, Dicaearchi testimonio dici
Pythagoram, vt primum aduenerit, eodem ordine,

qualis re ipsa erat. Paucis interiectis diebus gymnasium intrauit, et circumfusae statim iuuenum coronae orationem habuisse fertur, qua ad cultum seniorum eos incitabat, dictitans: in mundo aequae ac vita humana, ut et in urbibus ipsaque natura, honore praeferrī id, quod tempore praecedit, ei quod sequitur: ortum occasui; auroram vespere; principium fini; generationem corruptioni: similiter aborigines aduenis: eodem modo inter aduenas duces coloniarum, urbiumque conditores; et vniuersos deos daemonibus; daemones semideis; semideos hominibus; et ex his antecellere, qui iunioribus auctores vitae extiterint. Haec autem dixit, ut inductione quadam iuuenibus persuaderet, ut parentes suos plu-

ad eandem aetatem, ordinem et sexus homines verba fecisse, quemadmodum haec omnia ab Iamblichō hic referuntur. *Kiess.*

7) μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγ.] Idem legas apud Laert. libr. VIII. Num. 22. 23. *Kust.* Quidni, τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ ἢ τὸ ἐπόμενον? *Kiess.*

8) ἐπηλύδων] *Ciz. ἐπιδήλων. Kiess.*

9) τοῖς νεωτέροις] Videtur legendum esse τῶν νεωτέρων. *Kiess.*

10) Ἐπαγωγῆς δὲ ἕνεκα] Desider. Heraldus Animadv. in Iambl. cap. III. versionem Arcerii recte hic reprehendit, simulque docet, ἐπαγωγὴν Graecis esse id, quod Dialectici Latini inductionem vocent. Res est vel tironibus notissima. *Kust.* De inductione Reinesius citauit Aristotel. anal. prior. lib. II. c. 23. *Kiess.*

ἑαυτῶν· οἷς ἔφη τηλικαύτην ¹¹⁾ ὀφείλειν αὐ-
 τοὺς χάριν, ἡλίκην ἂν ὁ τετελευτηκῶς ἀποδοίῃ
 τῷ δυνηθέντι πάλιν αὐτὸν εἰς τὸ φῶς ἀγα-
 γεῖν. ἔπειτα δίκαιον μὲν εἶναι τοὺς πρῶτους
 καὶ τοὺς τὰ μέγιστα εὐεργετηκότας ὑπὲρ ἅπαν-
 τας ἀγαπᾶν καὶ μηδέποτε λυπεῖν. μόνους δὲ
 τοὺς γονεῖς προτέρους τῆς γενέσεως ταῖς εὐερ-
 γεσίαις, καὶ ¹²⁾ πάντων κατορθούντων ὑπὸ
 τῶν ἐγγόνων αἰτίους εἶναι τοὺς προγόνους,
¹³⁾ ἐν οἷς οὐδενὸς ἔλαττον ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν
 ἀποδεικνύντες, εἰς οὓς οὐχ οἷόν τε ἐστὶν ἔξα-
 μαρτάνειν. ¹⁴⁾ καὶ γὰρ καὶ τοὺς θεοὺς εἰκός
 ἐσθι συγγνώμην ἂν ἔχειν τοῖς μηδενὸς ἦττον
 τιμῶσι τοὺς πατέρας. καὶ γὰρ τὸ θεῖον παρ'
 39 αὐτῶν μεμαθήκαμεν τιμᾶν. Ὅθεν καὶ τὸν
 Ὅμηρον τῇ αὐτῇ προσηγορίᾳ τὸν βασιλέα τῶν

11) ὀφείλειν] In Ciz. ὀφείλει, et deinceps τελευτικῶς.
 Kiess.

12) πάντων κατορθούντων] Scribe πάντων τῶν κατορ-
 θουμένων. Kust. Malim πάντων τῶν κατορθωθέντων.
 Kiess.

13) ἐν οἷς — ἀποδεικνύντες] Haec verba corrupta esse
 patet: non item patet, qua via sint sananda. Plura
 tentavi: nihil satisfecit. Pro ἀποδεικνύντες legendum
 esse ἀποδεικνύτας, vix dubium esse potest. Tum si
 sumitur, ἐν οἷς ita fere cum participio coniunctum es-
 se, ut in hoc loco Hierodiani V, 1. 4. καὶ ἐν οἷς ἀν-
 δρείως παραταξάμενοι, οὐδὲν τι ἡττήμεθα, καὶ ἐν οἷς
 σπείσαντες — ἐποιήσαμεν· et si pro ἑαυτοὺς legas αὐτοὺς,
 hic sensus elici potest: dum factis declarent maiores, se
 nihilo minus eos beneficiis afficere, in quos delinquere
 nequeant. Commodus sensus etiam tum prodit, si
 ἑαυτοὺς intelligas de prima persona, et verba ἐν οἷς
 mutes in οἷόν τε εἶναι: dum ostendant, fieri posse, ut

rimi facerent. Tantam enim illis aiebat gratiam deberi, quantam mortuus deberet illi, qui ipsum ab orco in lucem faceret reducem. Deinde iustum esse, ut eos, qui primi maximis nos affecerunt beneficiis, ante omnes alios diligamus, nec unquam illis tristitiam conflamus; solos autem parentes bene meritis natiuitatem anteuertere, quaeque a posteris bene geruntur, ea ad maiores tanquam ad auctores referenda esse omnia, nihilo secius in iis beneficentiae suae documentum exhibentes, in quos delinquere non possunt. Nam et deos dubium non esse iis veniam dare, qui non minori honore parentes prosequuntur, quum etiam diuini numinis cultum a parentibus acceperimus. Vnde et Homerum eodem nomine

nosmet ipsi beneficiis afficiamus eos, in quos delinquere nequeamus. Quam sententiam Obrechtus expressit, ea in vulgata lectione non inest: nam *ἑαυτοῖς εὐεργετεῖν* non aliter intelligi potest, nisi sic: *semet ipsos, vel nosmet ipsos beneficiis afficere.* Schaeferus hanc ingeniosam coniecturam mecum communicauit, quam viris eruditis inuidere non licet: *ἐν οἷς — ἀποδεικνύτας, εἰς θεοὺς* (pro εἰς οὓς) οὐχ — *ἰξμαρτάειν* in quibus (*καταφθίνας*) si etiam declarent, parentes beneficia in se non minora, quam alium vllum (ne diis quidem exceptis), contulisse, fieri non posse, ut peccent in deos. Quae lectio iis quae sequuntur, insigniter commendatur. — Ceterum in Cd. Ciz. eadem est corrupta lectio, quae in edd. Arc. et Kust., eamque nouo vitio augeat: nam habet *ἀποδεικνύτας.* Kiess.

24) καὶ γὰρ καὶ] Ita Ciz. In edd. Arc. et Kust. alterum καὶ deest. Kiess.

θεῶν αὖξιν, ὀνομάζοντα πατέρα τῶν θεῶν
καὶ τῶν θνητῶν. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων
μυθοποιῶν παραδεδωκέναι τοὺς βασιλεύοντας
τῶν θεῶν τὴν μέριζομένην φιλοστοργίαν παρὰ
(30) τῶν τέκνων πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν συζυγίαν
τῶν γονέων καθ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι πεφλο-
τετιμημένους. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἅμα
τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ὑπόθεσιν λα-
βόντας, τὸν μὲν τὴν Ἀθηναίαν, τὴν δὲ τὸν
Ἡφαιστον ¹⁵⁾ γεννῆσαι ἐναντίαν φύσιν ἔχοντας
τῇ ἰδίᾳ, ἕνεκα τοῦ καὶ τῆς πλεῖον ἀρεστῶσης
40 φιλίας μετασχεῖν. Ἀπάντων δὲ τῶν ¹⁶⁾ ὄντων
τὴν τῶν ἀθανάτων κρίσιν ἰσχυροτάτην εἶναι
συνχωρησάντων, ἀποδείξειν τοῖς Κροτωνιάταις,
διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τοῖς κατωκισμένοις οἰ-
κεῖον ὑπάρχειν, διότι δεῖν τὸ προσταττόμενον
ἐκουσίως τοῖς γονεῦσιν ὑπακούειν, παρελη-
φότας αὐτὸν τὸν θεὸν ἐτέρῳ πρεσβυτέρῳ πει-
θόμενον διαθλῆσαι τοὺς πόρους καὶ τῷ πατρὶ
θεῖναι τῶν ¹⁷⁾ κατειργασμένων ἐπινίκιον τὸν
ἀγῶνα τὸν Ὀλύμπιον. ἀπεφαίνετο δὲ καὶ ταῖς

¹⁵⁾ γεννῆσαι — τῇ ἰδίᾳ] Ita Kust. In Ciz. ἐναντίον
γεννῆσαι φύσιν ἔχοντος τῆς ἰδίας, tum φιλανθρωπίας pro
φιλίας. Adiectivum ἐναντίος etiam cum genitino con-
struitur. Paulo ante autem pro ὑπόθεσιν videtur potius
legendum esse ὑπόστασιν. Kieß.

¹⁶⁾ ὄντων] Legendum esse παρόντων, vir doctus ad
marginem codicis Spanhemiani notauerat: vti et ἀπέ-
δειξεν, pro ἀποδείξειν. Kust. In Ciz. est ἰσχυροτάτην,
et Κροτωνιαταῖς. Pro ἀποδείξειν autem potius cum

regem deorum insigniuisse, *Deorum hominumque Patrem* eum salutando. Insuper alios multos mythologos tradidisse, deorum principes amorem illum naturalem, quem liberi inter parentes coniugii vinculo colligatos partiuntur, sibi in solidum vindicare annixos esse, eaque de causa patris simul et matris personam induisse, dum alter Minervam, altera vero Vulcanum, naturam suae contrariam habentes, progeniuit; eo tantum fine, vt amicitiae longius etiam distantis fierent participes. Quumque ab omnibus, qui aderant, obtinuisset, vt concederent, immortalium iudicia esse quam solidissima, Crotoniatis demonstrasse, ipsos propterea, quod Hercules conditor coloniae Crotonem deductae fuerit, sponte parentibus debere esse dicto audientes, vtpote quum traditione acceperint, illum ipsum deum alteri natu maiori obsecundantem tot labores exantlasse, suoque patri, rebus ex sententia gestis, victoriae nomine ludos Olympicos instituisse. Effatus est insuper, talibus inter

Schwarzio legendum est ἀποδείξαι. Cum eodem deinceps pro διότι δεῖ, quod habent edd. Arc. et Kust. cum Ciz., scripsi διότι δεῖν, flagitante oratione obliqua. Διότι h. l. est hacpropter. — In Ciz. ante Ἡρακλέα deest articul. τόν. Kiess.

17) κατεργασμένων] In Ciz. καταργασμένων. Quod paulo post legitur ἐπιτυχάνειν, idem est, quod ἐντυχάνειν. Kiess.

πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας οὕτως ἂν χρωμένους ἐπιτυχάνειν, ὥς μέλλουσι τοῖς μὲν φίλοις μηδέποτε ἐχθροὶ καταστῆναι, τοῖς δὲ ἐχθροῖς ὥς τάχιστα φίλοι γίνεσθαι· καὶ μελετᾶν ἐν μὲν τῇ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ¹⁸⁾ εὐκοσμίᾳ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαν, ἐν δὲ τῇ πρὸς ἄλλους φιλανθρωπίᾳ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ⁴¹ κοινωνίαν. Ἐφεξῆς δὲ ἔλεγε περὶ σωφροσύνης, (31) φάσκων, τὴν τῶν νεανίσκων ἡλικίαν ¹⁹⁾ πείραν τῆς φύσεως λαμβάνειν, καθ' ὃν καιρὸν ἀκμαζούσας ἔχουσι τὰς ²⁰⁾ ἐπιθυμίας. εἴτε προετρέπετο ²¹⁾ θεωρεῖν ἄξιον, ὅτι μόνης τῶν ἀρετῶν ταύτης καὶ παιδί καὶ παρθένω καὶ γυναικὶ καὶ τῇ τῶν πρεσβυτέρων τάξει ἀντιποιεῖσθαι προσήκει, καὶ μάλιστα ²²⁾ τοὺς νεωτέρους. ἔτι δὲ μόνην αὐτὴν ἀποφαινων περιεληφέναι καὶ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, διατηροῦσαν τὴν ὑγίαν καὶ τὴν ⁴² τῶν βελτίστων ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμίαν. Φανερόν δὲ εἶναι καὶ διὰ τῆς ἀντικειμένης ἀντιθέσεως. Τῶν γὰρ βαρβάρων καὶ τῶν Ἑλλήνων περὶ τὴν ²³⁾ Τροίαν ἀντιταξαμένων, ἕκα-

¹⁸⁾ εὐκοσμίᾳ] Ciz. εὐκοσμίαν. Kiess.

¹⁹⁾ πείραν] Ciz. πειρᾶν. Antea post φάσκων videtur addenda praepositio κατὰ· sententia enim haec esse debet: in iuuenili aetate naturam esse explorandam. Kiess.

²⁰⁾ ἐπιθυμίας] Prior Edit. male, εὐθυμίας, pro quo ἐπιθυμίας auctoritate Codicis MS. reposui. Et sic legendum hic esse, iam pridem etiam monuit Desid. Herald. Animadv. in Iambl. c. IV. Kust.

se moribus agerent, quibus assequi possent, vt amicis nunquam inimici, inimicis autem quam citissime amici euaderent, et per modestiam erga seniores beneuolum in parentes animum, atque ex humanitate aliis praestita fraternam coniunctionem conciperent. Deinceps disseruit de temperantia, dicens, iuuenilem aetatem naturae suae eo tempore experimentum sumere, quo cupiditatibus adhuc integris pollet vigetque: deinde hortabatur, vt animum aduerterent, contemplantes, solam in virtutibus temperantiam et puero, et virgini, et foeminae, et seniorum ordini congruere, inprimis vero iunioribus expetendam esse, vnamque illam tam animae, quam corporis bona complecti assererat, dum sanitatem conseruat, rerumque optimarum studium alit fouetque, et hoc ipsum clarius ex opposito elucescere. Quum enim barbari et Graeci circa Troiam aduersis aciebus concurrerent, vtraque

21) *Θεωρεῖν ἄξιον*] Oratio et sensus rectius procederet, si *ἄξιον* deleatur. Est enim superuacaneum, nec ad locum hunc quicquam facit. *Kust.*

22) *τοὺς νεωτέρους*] Imo, *τοῖς νεωτέροις* vt respondeat datiuus praecedentibus. *Kust.* Accusatiuus defendi potest, quum verbum *προσῆκει* vtramque structuram admittat. Deinceps pro *ἀποφαίνων* in Ciz. est *ἀποφαίνειν*. Hinc procliuē est scribere *ἀπέφαινε*, quum praecedant imperfecta *ἀπεφαίνετο*, *ἔλεγε*, *προετρέπετο*. *Kiess.*

23) *Τροίαν*] In Ciz. *Τροίαν*, quod Reinesius ex edit. Arc.

τέρους δι' ἑνὸς ἀκρασίαν ταῖς δεινотάταις περιπείσειν συμφοραῖς, τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δὲ ἅτὰ τὸν ἀνάπλου. καὶ μόνης τῆς ἀδικίας τὸν θεὸν δεκετῇ καὶ χιλιετῇ τάξαι τὴν τιμωρίαν, χρησμοδῆσαντα τὴν τε τῆς Τροίας ἄλωσιν καὶ ²⁴⁾ τὴν τῶν παρθένων ἀποστολὴν παρὰ τῶν Λοκρῶν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ἱερόν. παρεκάλει δὲ τοὺς νεανίσκους καὶ (32) πρὸς τὴν παιδείαν, ²⁵⁾ ἐνθυμεῖσθαι κελεύων, ὥς ἄτοπον ἂν εἴη πάντων μὲν σπουδαιότατον κρίνειν τὴν διάνοιαν καὶ ταύτῃ βουλευέσθαι περὶ τῶν ἄλλων, εἰς δὲ τὴν ἄσκησιν ²⁶⁾ τὴν ταύτην μηδένα χρόνον μηδὲ πόνον ἀνηλωκέναι· καὶ ταῦτα τῆς μὲν τῶν σωμάτων ἐπιμελείας τοῖς γαῦλοις τῶν φίλων ὁμοιουμένης καὶ ταχέως ἀπολειπούσης, τῆς δὲ παιδείας, καθάπερ οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν, μέχρι θανάτου παραμενούσης, ἐνίοις δὲ καὶ μετὰ τὴν τε-
 43 λευτὴν ἀθάνατον δόξαν περιποιούσης. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα τὰ μὲν ἐξ ἱστοριῶν, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ δογμάτων κατεσκεύασε, τὴν παιδείαν ἐπιδεικνύων κοινὴν οὖσαν εὐφυΐαν τῶν ἐν ἐκάστω τῷ γένει πεπρωτευνότων. τὰ γὰρ ἐκείνων

mutavit in Τρωίαν. Idem Ciz. paulo inferius Τροίας, vbi iterum Arcer. Τρωίας. Ibi Ciz. ἄλλωσιν pro ἄλωσιν. Kiess.

24) τὴν τῶν παρθένων ἀποστ.] Tangitur hic historia celebris et notatu digna; de qua plura diximus ad Suidam, v. Ποινῇ. Kust. Prae ceteris consulenda sunt, quae Kusterus ad Suidam Tom. III. p. 229. citavit

pars ex vnus hominis incontinentia in gravissimas incidit calamitates, alii in ipso bello, alii in reditu in patriam. et soli iniustitiae deum statuuisse poenam integro decennio et per mille annos duraturam, quum Troiam exoisum iri et virgines a Locrensisibus in Mineruae cognomento Iliadis templum quotannis mitti oportere, oraculo moneret. Hortabatur etiam iuvenes, vt animos ad eruditionis culturam appellerent, absurdum esse docens, mentem studio prae omnibus dignissimam censere, eamque de caeteris rebus in consilium adhibere, et ad eam expoliendam nihil temporis, nihil laboris insumere, quum tamen diligentia, quae in curando corpore adhibetur, malis amicis similis sit et cito senescat, eruditio vero instar boni honestique viri ad mortem vsque perduret, et quibusdam post fata etiam immortalem gloriam afferat. Aliaque id genus partim ex historia partim e placitis philosophiae adstruxit, ostenditque, eruditionem esse quandam communem eorum ingeniorum praestantiam, quae quaque aetate primas tenuerint. Horum enim inuenta

Tzet. Scholia in Lycophron. v. 1141. 1159. Vol. II. p. 937. sqq. et p. 940. ed. Müller. *Kiess.*

25) ἐρθυμείσθαι] Antea male, εὐθυμείσθαι. *Kust.*

26) τὴν ταύτην] Lege, τὴν ταύτης. scilicet, διαβολας. *Kust.*

εὐρήματα, ταῦτα τοῖς ἄλλοις γεγονέναι 27) παι-
 δειαν. Οὕτω δ' ἐστὶ τῇ φύσει σπουδαῖον τοῦ-
 το, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων τῶν ἐπαινουμένων
 τὰ μὲν οὐχ οἷόν τε εἶναι παρ' ἑτέρου μεταλα-
 βεῖν, οἷον τὴν ῥώμην, τὸ κάλλος, τὴν ὑγείαν,
 τὴν ἀνδρείαν· τὰ δὲ τὸν προέμενον οὐκ ἔχειν
 αὐτόν, οἷον τὸν πλοῦτον, τὰς ἀρχάς, 28) καὶ
 ἕτερα πολλὰ τῶν παραλειπομένων· τὴν δὲ δυ-
 νατὸν εἶναι καὶ παρ' ἑτέρου παραλαβεῖν, καὶ
 44 τὸν δόντα μηδὲν ἥττον αὐτὸν ἔχειν. Παρα-
 πλησίως δὲ τὰ μὲν οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶ-
 ναι κτήσασθαι, 29) παιδευθῆναι δὲ ἐνδέχασθαι
 (33) κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν. εἰδ' οὕτως προσ-
 ῖόντα φαίνῃναι πρὸς τὰς τῆς πατρίδος πράξεις,
 οὐκ ἐξ ἀναιδεΐας, ἀλλ' ἐκ παιδείας. σχεδὸν
 γὰρ ταῖς ἀγωγαῖς διαφέρειν τοὺς μὲν ἀνθρώ-
 πους τῶν θηρίων, τοὺς δὲ Ἕλληνας τῶν βαρ-
 βάρων, τοὺς δὲ ἐλευθέρους τῶν οἰκετῶν, τοὺς
 δὲ φιλοσόφους τῶν τυχόντων. ὅλως δὲ τηλικαύ-
 την ἔχοντας ὑπεροχὴν, ὥστε τοὺς μὲν θᾶττον
 τρέχοντας τῶν ἄλλων 30) ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς

27) παιδείαν] Ciz. παιδίαν. De pronominis ταῦτα post
 εὐρήματα abundante conf. Schaefer. Mel. crit. p. 84.
 Kiess.

28) καὶ ἕτερα] In Ciz. deest καὶ. Kiess.

29) παιδευθῆναι δὲ ἐνδέχασθαι κατὰ] Haec desunt in
 Ciz. Kiess.

30) ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς ἐκείνων] Ita aperte Ciz., quem-
 admodum iam Heralduus Animad. in Iambl. cap. IV. pro
 corruptis, ἐκ μιᾶς πόλεως, legendum esse censuit. Ge-
 nuinam lectionem etiam Obrechtus expressit. Pulcro

aliis materiam eruditionis dedisse. Adeo vero istud natura sua praeclarum est, ut, quum caetera laudabilia partim ita comparata sint, ut in alterum transfundi nequeant, uti robur, pulcritudo, sanitas, fortitudo: partim, si ea e manibus emiseris, non amplius habeas, ut diuitias, magistratus, et alia multa, quae praeterimus; eruditio ab alio ita possit accipi, ut, qui eam alteri impertitus est, adhuc eius compos maneat. Similiter quaedam bona parare non esse in potestate nostra, doceri autem nos posse, quandocunque voluerimus: et qui ita instructus ad res patriae administrandas accedat, illum non id facere per impudentiam, sed ex eruditionis suae conscientia. Nam institutione effici, ut homines bestiis, barbaris Graeci, liberi seruis, et philosophi plebeiis praestent. Omnino vero in tantum excellere bene institutos, ut cursu velociores aliis ex vna illorum patria septem

huc facit locus Strabonis lib. VI. Tom. II. p. 242. edit. Tzschuck., quem primum citatum ab Heraldo repetiit Kusterus: *Δοκῇ δ' ἡ πόλις (de Crotone loquitur) τὰ τε πολέμια ἀσκήσαι, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀθλῆσιν. Ἐν μὲν γούν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἐπὶ ἄνδρες ἑπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιάται. Crotoniatarum Olympionicarum nomina haec perscripsit Reine-sius: *Λυκῖνος*, Ol. 48. *Ἐρατοσθένης*, Ol. 51. *Ἰππόστρατος*, Ol. 54. 55. *Λιδόγνητος*, Ol. 58. *Ἰσχύμαχος*, O. 68. 69. *Τισικράτης*, Ol. 71. 72. *Δυνῖος*, Ol. 73. 74. 75. *Kie ss.**

ἐκείνων ἐπὶ κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν εὐρεθῆναι, τοὺς δὲ τῇ σοφίᾳ προέχοντας ἐξ ἀπάσης τῆς οἰκουμένης ἐπὶ συναριθμηθῆναι. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς χρόνοις, ἐν οἷς ἦν αὐτός, ἵνα φιλοσοφία προέχειν τῶν πάντων. καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα ἀντὶ 31) τοῦ Σοφοῦ ἑαυτὸν ἐπωνόμασε.

K E Φ. θ.

- 45 Ταῦτα μὲν ἐν τῷ γυμνασίῳ τοῖς νέοις
 1) διελέχθη. ἀπαγγελθέντων δ' οὖν ὑπὸ τῶν νεανίσκων πρὸς τοὺς πατέρας τῶν εἰρημένων, ἐκάλεσαν οἱ Λίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ 2) προεπαινέσαντες ἐπὶ τοῖς πρὸς τοὺς υἱοὺς ῥηθεῖσιν, ἐκέλευσαν, εἴ τι συμφέ-
 (34) ρον ἔχει λέγειν τοῖς Κροτωνιάταις, ἀποσφίνασθαι τοῦτο πρὸς τοὺς τῆς πολιτείας προκαθημένους. ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς συνεβούλευεν ἰδρῦσασθαι Μουσῶν 3) ἱερόν, ἵνα τηρῶσι τὴν ὑπάρχουσαν ὁμόνοιαν. ταύτας γὰρ τὰς θεὰς καὶ τὴν προσηγορίαν τὴν αὐτὴν ἀπάσας ἔχειν, καὶ μετ' ἀλλήλων 4) παραδίδοσθαι, καὶ ταῖς

31) τοῦ Σοφοῦ] Ciz. omittit τοῦ. Ceterum conferantur ea, quae contra Meinersii opinionem, non Pythagoram, sed Socratem fuisse auctorem nominis philosophi, disputavit Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 117 — 119. Kiess.

1) διελέχθη] Vsque ad hoc verbum in Ciz. continuatur cap. VIII. Kiess.

2) προεπαινέσαντες] Ita scripsi auctoritate Ciz. pro ἐπαινέσαντες, quod offerunt edd. Arc. et Kust. Idem Ciz. deinceps corrupte, ἐπὶ τοὺς πρὸς τοὺς, et pro συμ-

Olympiae inuenti sint, ex toto vero orbe in vnum collecti numerum etiam septem modo fuerint sapientia celebres. postea suo tempore vnum philosophia excelluisse: hoc enim sibi cognomen indidit, vt loco *Sapientis* diceretur *Philosophus*.

C A P. IX.

Haec ad iuuenes in Gymnasio disseruit Pythagoras: quae quum ab iis ad parentes delata essent, mille viri in curiam euocatum prius laudarunt propter ea, quae iuuentuti suggesserat; simulque si quid ipsis Crotoniatis vtile haberet, apud Reip. gubernatores expromere iusserunt. Tum ille primum auctor illis fuit, vt Musis fanum exstruerent, quo praesens concordia salua et incolumis inter eos maneret. Illas enim deas vno omnes nomine venire, colligatasque invicem esse, et communibus honoribus ma-

φέρων cum Arc. *συμφέρειν*. Denique ex eodem codice post *ἀποφύγασθαι* addidi τοῦτο, quod editiones Arcerii et Kusteri omittunt. *Kiess.*

3) *ἱερὸν*] Vocem hanc ex MS. reuocaui, quae in priore Edit. deest. *Kust.* In margine Spanhemiano e Par. haec sunt notata: *Μουσῶν ἱερὸν μουσείον ἱερὸν*. Reinsius monuit, *pro ὁμόνοιαν al. εὐνοϊαν*. *Kiess.*

4) *παράδιδοςθαι*] Ita *Kust.* In Ciz. autem *παράδεδόσθαι*, quod accommodatius videtur, et ab Arcer. confirmatur, in cuius editione est *παράδιδόσθαι*. *Kiess.*

κοιναῖς τιμαῖς μάλιστα χαίρειν, καὶ τὸ σύνολον ἵνα καὶ τὸν αὐτὸν αἰὲ χορὸν εἶναι τῶν Μουσῶν· ἔτι δὲ συμφωνίαν, ἁρμονίαν, ῥυθμόν, ⁵⁾ καὶ ἅπαντα περιειληφέναι τὰ παρασκευάζοντα τὴν ὁμόνοιαν. ⁶⁾ ἐπιδείκνυσι δέ, αὐτῶν τὴν δύναμιν οὐ περὶ τὰ κάλλιστα θεωρήματα μόνον ἀνήκειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν
 46 συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν τῶν ὄντων. Ἐπειτα ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς ⁷⁾ ἔφη δεῖν, κοινήν παρακαταθήκην ἔχειν τὴν πατρίδα παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν. δεῖν οὖν ταύτην διοικεῖν οὕτως, ὥς μέλλουσι τὴν πίστιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο βεβαίως, ἐὰν ἅπασιν ἴσοι τοῖς πολίταις ᾧσι, καὶ μηδενὶ μᾶλλον ἢ τῷ δικαίῳ ⁸⁾ προέχωσι. τοὺς γὰρ ἀνθρώπους, εἰδότας, ὅτι τόπος ἅπας
Sternit humi affligitque ima de stirpe reuulsam:
Talem Panthoidem deiectum vulnere acerbo,
Atrides vita exutum spoliabat et armis.*

Quae vero traduntur de Phrygis huius Euphorbi scuto inter alia Troiana spolia Mycenis Iunoni Argivae dedicato, vt vulgaria praetermittimus. At enim quod per omnia isthaec indigitare volui, hoc est: et ipsum vitam suam anteactam cognovisse, et hominum informationem inde auspicatum esse, quod illis vitae prioris memoriam refricaret.

6) παρίμεν] In Ed. Arc. erat παρίσμον, pro quo Ciz. cum Kustero legit παρίμεν. In margine Spanhem. notatum est παρήσμεν, in quod etiam Loganus p. 94. inciderat. *Kiess.*

7) ἐβουλόμην] Sic scripsi cum Scaligero pro βουλόμενον, quod exstat in edd. Arc. et Kust. nec non in

Ciz. in quo est βουλομένων δεικνύσαι. Kusternus malebat ἐβούλετο, minus commode. Denique Ciz. pro ἐνήχετο offert ἤχετο, quod verum esse existimo, quum ex vocabulo ἐντεῦθεν syllaba ἐν facile repetita lectionem ἐνήχετο procreasse videatur. *Kiess.*

Κ Ε Φ. ιε.

- 64 *) Ἡγούμενος δὲ πρώτην εἶναι τοῖς ἀν-
 (50)θρώποις τὴν δι' αἰσθήσεως ¹⁾ προσφερομένην
 ἐπιμέλειαν, εἴ τις καλὴ μὲν ὁρῶη καὶ σχή-
 ματα καὶ εἶδη, καλῶν δὲ ἀκούοι ῥυθμῶν καὶ
 μελῶν, τὴν διὰ μουσικῆς παιδευσιν πρώτην
 κατεστήσατο δια τε μελῶν τινῶν καὶ ῥυθμῶν,
 ἀφ' ὧν τρόπων τε καὶ παθῶν ἀνθρωπίνων ἰά-
 σεις ²⁾ ἐγίνοντο, ἁρμονίαι τε τῶν τῆς ψυχῆς
 δυνάμεων, ὥσπερ εἶχον ἐξ ἀρχῆς, συνήγοντο,
 σωματικῶν τε καὶ ψυχικῶν νοσημάτων κατα-
 στολαὶ καὶ ³⁾ ἀφυγισμοὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐπενο-
 οῦντο. καὶ νῆ Δία τὸ ὑπὲρ πάντα ταῦτα λό-
 γου ἄξιον, ὅτι τοῖς μὲν γνωρίμοις τὰς λεγο-
 μένας ⁴⁾ ἐξαρτύσεις τε καὶ ⁵⁾ ἐπαφὰς συνέτατ-

*) Quod sequitur fragmentum, complectitur sectiones a 64. ad 87. estque haud dubie sumtum e Diogene. Quaecunque enim hic de Pythagoreorum musica, explorationibus, vitae genere et classibus narrantur, ea et re et saepe etiam verbis conueniunt cum iis, quae Porphyrius sect. 13. 32 — 48. e Diogene repetiit. Meiners. p. 276. sq.

1) προσφερομένην] Ita scripsi pro προσφερομένην, monente etiam Kustero. Ciz. deinceps ἐπιμέλειαν. Cura autem, quae adhibetur per sensus, ea est, quae sensuum auxilio utitur. Minus accurate interpretatus est Obrechtus. Kiess.

2) ἐγίνοντο] Ciz. ἐγίνοντο. Kiess.

3) ἀφυγισμοὶ] Ἐγυῖζω est sanum reddo: vnde ἀφυγιάζω et ἀφυγισμός: quamuis (fateor) sit vox insolens et Lexicis ignota. Hinc Arcerius et vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani ἀφαγισμοὶ scribendum existimabant, ab ἀφαγιάζω. Sed Desid. Heraldus Animadv. in Iambl. c. VI. τὸ ἀφυγισμοὶ recte retinendum censet.

CAP. XV.

Quum vero existimaret, primo hominibus adhibendam esse doctrinam, quae sensu vtatur; qualis est, quum quis figuras speciesque pulchras videt, vel rhythmos et carmina elegantiora auribus haurit; proinde a Musica docendi fecit initium, modulationibus quibusdam et rhythmis, quibus mores atque affectus sanarentur, animi facultatum conuenientia primigena restitueretur, corporisque et animi morborum fuga medelaeque ab eo excogitabatur: et sane commemoratione ante alia dignum est, eum discipulis quidem suis illos, qui vocantur, apparatus musicos et attactus praescripsisse et

Nam et infra cap. XXV. Iamblichus noster voce ἀπυγλάζον vtitur: vt idem Heraldus opportune monuit. *Kust.* Nihil est in composito ἀπυγιάζω, quo quis iure offendi possit. Praepositio ἀπό significat perfectionem, vt in ἀπεργάζεσθαι, perficere. De formula νῆ Δία, quae deinceps legitur, vid. Schaefer. *Melet. crit.* p. 62. Recurrit ea apud nostrum cap. XVII. sect. 74. cap. XXVI. s. 115. cap. XXIX. sect. 162. Adde μὲν Δία, cap. XVI. sect. 70. *Kiess.*

4) ἐξαρτύσεις] Idem quod κατάρτυσις: qua voce Noster vtitur infra, initio capituli XVI. Quid autem Pythagorei appellauerint κατάρτυσιν, docet Noster infra cap. XX. num. 95. *Kust.*

5) ἐπαφή] Ad illustrandum vsum vocabuli ἐπαφή, quo est contractatio rei motae motus inhibendi causa, conf. locus *Protrept.* p. 336. καὶ οὖν ἐν νηπιῇ καθιστάται τὴν ψυχὴν, ἀποσιγέροντα τὴν ψυχὴν τοῦ θυμοῦ, ἐπιλαμβάνόμενον ἑαυτοῦ πολλάκις, ὥσπερ ἡχοῦντα χαλκὸν ἀφ᾽ ἡ. *Kiess.*

τε καὶ συνηρμόζετο, δαιμονίως μηχανώμενος
 κεράσματα ⁶⁾ τινῶν μελῶν διατονικῶν τε καὶ
 χρωματικῶν καὶ ἑναρμονίων, δι' ὧν ῥαδίως
 εἰς τὰ ἐναντία ⁷⁾ περιέτρεπον καὶ περιῶγον τὰ
 τῆς ψυχῆς πάθη, νέον ἐν αὐτοῖς ἀλόγως συνι-
 στάμενα καὶ ὑποφνύμενα, λύπας καὶ ὀργὰς
 καὶ ἐλέους καὶ ζήλους ἀτόπους καὶ φόβους,
 (51) ἐπιθυμίας τε παντοίας καὶ θυμούς τε καὶ ὀρέ-
 ξεις καὶ χαννώσεις καὶ ⁸⁾ ὑπτιότηας καὶ σφο-
 δρότητας ἐπανορθούμενος πρὸς ἀρετὴν τούτων
 ἕκαστον διὰ τῶν προσηκόντων μελῶν, ὥς διὰ
 τινῶν σωτηρίων συγκεκραμένων φαρμάκων.
 65 Ἐπὶ τε ὕπνον ἐσπέρας τρεπομένων τῶν ⁹⁾ ὁμι-
 λητῶν, ἀπὴλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν
 ταραχῶν καὶ ¹⁰⁾ ἐνηχημάτων, διεκἀθαιρέ τε
¹¹⁾ συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικόν, ἡσύχους
 τε καὶ εὐονείρους, ἔτι δὲ μαντικούς τοὺς ὕπνους

6) τινῶν] Prior Edit. male τινῶν: quod Arcerius tonorum verterat. Kust. Pro ἑναρμονίων in Ciz., ut in Arc. edit., est ἑναρμονίων. Kiess.

7) περιέτρεπον καὶ περιῶγον] Potius numero singulari, περιέτρεπε καὶ περιῶγε. Refertur enim ad Pythagoram. Kust. Non certa est haec mutatio; nam verba refertur possunt ad familiares, qui modulationibus istis vterentur. Atque sic Obrechtus locum cepit. Kiess.

8) ὑπτιότηας] Ciz. ὑπτιώτητας. Idem deinceps διὰ τινῶν σωτηρίων συγκεκραμένων φ. Kiess.

9) ὁμιλητῶν] Ita pro ὁμιλητικῶν dedi e Ciz., quemadmodum scribendum esse iam Arcerius monuerat. Kiess.

10) ἐνηχημάτων] Arcerius corrigere tentabat, ἐννοημάτων, vel ἐνθυμημάτων: sed male. Nam vox ἐνηχήματα recte se habet, et significat sonos, quibus aures nostrae per-

concinnaſſe, diuina quadam ſolertia modulationes diatonicas, chromaticas et enharmonicas temperantem, quibus facile in contrariam partem flecterent et circumagerent vehementiores animae affectus, qui recens contra rationem in illis ſuborti erant; trititiam, iram, miſericordiam, aemulationes abſurdas, timorem, variasque cupiditates; item iracundiam et appetitus, animique inflationem et remiſſionem atque vehementiam: ad rectam virtutis normam reuocantem horum ſingula conuenienti modulatione, velut medicamenti ſalubribus temperata. Et veſperi cūbitum ituros diſcipulos a diurnis perturbationibus, et rerum actarum reſiduo tumultu liberabat, et mentem inſtar fluctus commotam repurgabat, quietosque et bonis inſomniis vaticiniis concipiendis

ſonant, vel recens perſonauerunt: veluti ſermones et dicta ab aliis prolata ſiue bona ſiue mala. Si igitur diſcipuli Pythagorae interdū quaedam audiuiſſent obſcoena, vel male ominata, et quae mentem illorum turbarent, eorum obliuionem Philoſophus illis inducere conabatur, vt hac ratione animus ab impuris cogitationibus prorsus liberaretur. Quae autem hoc loco ἐνχηματα, ea infra Num. 114. περιχήματα vocat: quem locum confer. Kuſt. Ex hoc poſteriore loco Cuperus Obſeruatt. p. 272. etiam hic περιχημάτων legi iubebat, ſine iuſta cauſa. Kiess.

- 11) συγκεκλυδαſμένον] Et hanc vocem male ſollicitat Arcerius. Vtrumque enim dicitur, et κλυδαίεσθαι, et κλυδωνίζεσθαι. Kuſt. Deinceps Ciz. τὸν νοητικόν, et paulo poſt, αὐτοὺς pro αὐτοῖς. Kiess.

αὐτοῖς ἀπειργάζετο. ¹²⁾ ἀπὸ δὲ τῆς εὐνῆς πάλιν ἀνισταμένων, τοῦ νυκτερινοῦ κάρου καὶ τῆς ἐκλύσεως καὶ τῆς νωχελίας αὐτοὺς ἀπήλλασσε διὰ τινῶν ἰδιοτροπῶν ἁσμάτων καὶ μελισμάτων ψιλῇ τῇ ¹³⁾ κράσει διὰ λύρας ἢ καὶ φωνῆς συντελουμένων. ἑαυτῷ δὲ οὐκ ἔθ' ὁμοίως δι' ὀργάνων ἢ καὶ ἀρτηρίας το τοιοῦτον ὁ ἀνὴρ συνέταττε καὶ ἐπόριζεν· ἀλλὰ ἀρρήτῳ τινὶ καὶ δύσεπινοήτῳ θειότητι χρώμενος ἐνητένιζε τὰς (52) ἀκοάς, καὶ τὸν νοῦν ¹⁴⁾ ἐνήρειδε ταῖς μεταρσίαις τοῦ κόσμου συμφωνίαις, ἐνακούων, ὥς ἐνέφαινε, ¹⁵⁾ μόνος αὐτὸς καὶ συνίεις τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν κατ' αὐτὰς κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας τε καὶ συνῳδίας, πληρέστερόν τι τῶν θνητῶν καὶ ¹⁶⁾ κατακορέ-

12) ἀπὸ δὲ] In Ciz. ἀπό τε. Tum νυκτερίον. Kiess.

13) κράσει] Potius κρούσει, vt interpretem etiam legisse ex versione eius patet. Kust. At quis vnquam dixit κρούσις διὰ λύρας, et quid fiet vocabulo φωνῆς? Forsitan auctor scripsit: ἦτοι ψιλῇ κρούσει λύρας, ἢ καὶ διὰ φωνῆς συντελ. In sect. 114. nihil inest, quod huic loco lucem affundat. — Paulo post ἀρτηρία significat vocem. Kiess.

14) ἐνήρειδε] In MS. male, ἐνῆρει δέ. Editio Arcerii habet, ἐνείρηδς: itidem corrupte. Nos veram lectionem Iamblichō restitūimus; quam etiam interpres in versione sua expressit. Kust. In Ciz. perspicue exaratum est ἐνήρειδς. Kiess.

15) μόνος αὐτὸς] Ita scripsi iubentibus vsu loquendi et codice Ciz., pro μόνον αὐτός, quod exhibent editiones Arc. et Kust. Kiess.

16) κατακορέστερον μέλος] Prior Edit. habet κατακορέ-

habiles somnos conciliabat. A lecto autem resurgentibus excutiebat nocturnum languorem, remissionem et torporem per quosdam peculiari modo compositos cantus et modulationes, quae vel solo lyrae pulsu, vel etiam voce peragebantur. Sibi vero ipsi vir ille non aequè per instrumenta vocemque tale quid comparabat, sed ineffabili quadam et intellectu difficili diuinitate intendebat aures, mentemque sublimioribus mundi concentibus infigebat, atque ipse solus, ut apparebat, auditu et intellectu percipiebat vniuersalem sphaerarum et astrorum per eas motorum harmoniam et consonantiam, quae carmen aliquanto perfectius et intensius,

σιόν: pro'quo Arcerius ἀκατακορεσιόν (i. e. ipso ver-
tente, quo nullus satiari posset) legendum putabat.
Idem censuisse videtur eruditus Obrechtus, ut versio
eius fidem facit. At vera lectio est ea, quam ex M8.
hic repraesentauimus; significatque cantum modulatis-
simum, vel maxime intensum. Vti enim κατακορῆς οἶνος
dicitur vinum forte, vel merum, et κατακορῆς χρῶμα,
color saturus, vel intensus: sic κατακορεστέρον μέλος
recte et eleganter vocabitur id, quod diximus. Caete-
rum, ut Iamblichus hoc loco κατακορεστέρον μέλος,
ita idem in Nicomachi *Arithm.* p. 169. κατακορεστέραν
συμφωνίαν dixit: et Nicomachus in *Enchirid. Harmon.*
p. 9. Edit. Meibom. κατακορεσιύτην συμφωνίαν. Kust.
His locis Kusterus in Praefat. ad Iambl. addit alium
Nicomachi in *Enchirid. Harmon.* lib. I. p. 7. Edit.
Meibom. Δι' ἧς αἰτίας οὐκ ἐπακούομεν τῆς κοσμικῆς
συμφωνίας, κατακορῆς τι καὶ παραμόδιον φθιγγομένης.
Propter, quas causas non audimus mundanum concentum,
suauis quid et omnino modulatum resonantem.

στερον μέλος φθεγγομένης διὰ τὴν ἐξ ἀνο-
μοίων μὲν καὶ ποικίλως διαφερόντων ῥοιζη-
μάτων, ταχῶν τε καὶ μεγεθῶν καὶ ¹⁷⁾ ἐποχή-
(53) σεων, ἐν λόγῳ δὲ τινι πρὸς ἄλληλα μουσικῶ-
τάτῳ διατεταγμένων, κίνησιν καὶ περιπόλησιν
εὐμενεστάτην ἅμα καὶ ποικίλως περικαλλεστά-
66 τὴν ἀποτελουμένην. Ἀφ' ἧς ἀρδόμενος ὥσπερ
καὶ τὸν τοῦ νοῦ λόγον εὐτακτούμενος, ¹⁸⁾ καί,
ὥς εἰπεῖν, σωμασκούμενος εἰκόνας τινὰς τού-
των ἐπενόει παρέχειν τοῖς ὁμιληταῖς, ὥς δυνα-
τὸν μάλιστα, διὰ τε ὀργάνων καὶ διὰ ψαλῆς
τῆς ἀρτηρίας ἐκμιμούμενος. ἑαυτῷ γὰρ μόνῳ
τῶν ἐπὶ γῆς ἀπάντων συνετὰ καὶ ἐπήκοα τὰ
κοσμικὰ φθέγματα ἐνόμιζεν ἀπ' αὐτῆς τῆς

17) ἐποχήσεων] Interpretes, *vectionibus*. Sed non video, quo modo vox ista loco huic quadrare queat. Possunt quidem stellae vel planetae dici ἐποχεῖσθαι τῷ αἰθέρι, i. e. aethere vehi, vel per aetherem inuehi: sed tunc ἐπόχῃσι non differet a κίνησις, quod statim sequitur: et hoc sensu ταντολογία foret dicere, ἐξ ἐποχῆσεων κίνησιν. Quare puto Iamblichum scripsisse ἐποχῶν. Ἐποχή vero in Astronomicis notat interuallum, siue definitum spatium circularum coelestium, in quibus planetae feruntur; quae quidem significatio loco huic optime convenit. Vult enim Iamblichus dicere, Musicam mundanam siue coelestem confici ex motu planetarum, qui pro diuersis magnitudinibus, celeritatibus, et intervallis locorum, siue circularum, diuersos etiam edant sonos, et suauissimam quandam harmoniam efficiant. Nicomachus in *Enchirid. Harmonic.* p. 6. Edit. Meibom. de eodem argumento agens, voce ἐποχαί eo, quo dixi, sensu vsus est: quod emendationem nostram non parum confirmat. Ait enim: πάντα γὰρ τὰ φοιζούμενα φασὶ σώματα ψόφους ἀναγκαίως ποιεῖν, μεγέθει, καὶ τάξει φωνῆς, καὶ τόπῳ παρελλογμένους ἀλλήλων, ἧτοι παρὰ

quam quod apud mortales fieri solet, resonabant, et per dissimiles varieque diuersos stridores, celeritatibus, magnitudinibus et vectionibus certa quadam musices ratione compositis, conuersionem et circumactionem gratissimam simul et variis modis pulcherrimam efficiebant: a qua velut irrigatus, et quoad mentis rationem bene compositus et quasi saginatus, ipse imagines quasdam horum cogitabat exhibere discipulis, eaque, in quantum fieri poterat, inprimis per instrumenta et solam etiam vocem imitari. Sibi enim soli inter omnes, qui terram incolunt, datum existimabat, vt intelligeret exaudiretque sonos vocis a mundo editae, id-

τοὺς ἐαντῶν φθόγγους, ἢ παρὰ τὰς ἰδίαις ταχύτητας, ἢ παρὰ τὰς ἐποχὰς, ἐν αἷς ἑκάστου ὅνμῃ συντελεῖται. Dicunt enim omnia corpora, quae celeriter feruntur, necessario edere strepitus, magnitudine, et celeritate vocis, et loco inter se diuersos; vel propter sonos sibi peculiare, vel proprias celeritates, vel orbes, in quibus unumquodque cum impetu fertur. Vides, tres hic poni causas, quare diuersi a corporibus motis soni edantur, μέγεθος, τάχος, et ἐποχήν: quae ipsissimae causae et a Iamblichio hic memorantur. Quod autem Nicomachus loco adducto ἐποχήν, id paulo post τόπον vocat. Addit enim: αἱ δὲ τρεῖς αὗται διαφοραὶ τραπὺς δρῶνται περὶ τοὺς πλανήτας, μέγεθός τε καὶ τάχους, καὶ τόπος διαστάσεως ἀλλήλων. Vt proinde dubium non sit, quin ἐποχή hic definitum spatium, vel locum, vel circulum significet, in quo corpus aliquod mouetur. Eodem modo, quo in Chronologicis ἐποχή dicitur periodus annorum, cuius initium a memorabili aliquo euento ducitur. Kust. Im Ciz. antea est ταχῶν δέ. Kiess.

18) καὶ, ὡς εἰπείν] Kai. in Ciz. vt apud Arc. deest. Kiess.

φυσικῆς πηγῆς τε καὶ ῥίξης, καὶ ἄξιον ἑαυτὸν
 ἡγεῖτο διδάσκεισθαι τι καὶ ἐκμανθάνειν, καὶ
 ἐξομοιοῦσθαι κατ' ἔφεσιν καὶ ἀπομίμησιν τοῖς
 οὐρανίοις, ὡς ἂν οὕτως ¹⁹⁾ ἐπιτυχῶς πρὸς τοῦ
 φύσαντος αὐτὸν δαιμονίου ²⁰⁾ μόνον διοργα-
 νωμένον· ἀγαπητὸν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις
 ὑπελάμβανεν εἰς αὐτὸν ἀφορᾶσι καὶ τὰ παρ'
 αὐτοῦ χαριστήρια, δι' εἰκόνων τε καὶ ὑποδει-
 γμάτων ὠφελεῖσθαι καὶ διορθοῦσθαι, μὴ δυ-
 ναμένοις τῶν ²¹⁾ πρώτων καὶ εἰλικρινῶν ἀρχε-
 67 τύπων ὡς ἀληθῶς ἀντιλαμβάνεσθαι· ²²⁾ καθά-
 περ ἀμέλει καὶ τοῖς οὐχ οἴοις τε ἀτενὲς ἐνορᾶν
 (54) τῷ ἡλίῳ διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων ὑπερφέγγειαν ἐν
 βαθείᾳ συστάσει ὕδατος ἢ καὶ ²³⁾ διὰ τετηκυίας
 πίσεως ἢ κατόπρου τινὸς μελαναυγοῦς δεικνύ-
 ειν ἐπινοοῦμεν τὰς ἐκλείψεις, φειδόμενοι τῆς
 τῶν ὄψεων ἀσθενείας αὐτῶν, καὶ ἀντίρροπὸν
 τινα ²⁴⁾ κατάλαμψιν αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον ἀγα-

19) ἐπιτυχῶς] Hanc vocem, quam edd. Arc. et Kust. non habent, neque Obrechtus expressit, addidi e Ciz. Tum in Obrechtii interpretatione haec verba legebantur: *a daemone ipsum afflante*; quae siue ex errore siue ex alia lectione, φησίσαντος, nata mutavi. In Ciz. est πρὸ τοῦ φύσαντος — μόνον διοργανωμένον. *Kies.*

20) μόνον] Vox haec exciderat ex priorē Edit. quam ex MS. reuocauimus. *Kust.*

21) πρώτων] Sic recte MS. At prior Edit. male, πραγμάτων. *Kust.* Post πρώτων addidi καὶ e Ciz. quod apud Kust. et Arc. non exstat: ex eodemque cod. scripsi ὡς ἀληθῶς: nam in edd. Arc. et Kust. tantum ἀληθῶς legitur. *Kies.*

22) καθάπερ] Ante hoc vocabulum in Kust. editione oratio distincta est puncto, quod sustuli. Deinceps

que ab ipso naturae fonte et radice, adeoque dignum se esse censebat, qui doceretur aliquid et disceret, quique coelestibus nitendo imitandoque assimilaretur; vtpote qui solus a daemone, qui ipsum progenuerit, tam bene conformatus esset: caeteris vero hominibus sufficere putabat, ipsum et ipsius dona intueri, et ex imaginibus exemplisque proficere ac emendari, quum prima et sincera rerum archetypa vere apprehendere non possent: quemadmodum scilicet iis, qui ipsum solem propter splendoris eminentiam irretorta acie contemplari nequeunt, in aquae consistentis profunditate, aut in pice liquefacta, vel nigricantis fulgoris speculo, solis defectus ostendere solemus, oculorum imbecillitati parcentes, et sensum rei

pro ἐνορᾶν ἐν τῷ ἡλίῳ scripsi ἐνορᾶν τῷ ἡλίῳ, iubente usu loquendi et duce Cd. Ciz. in quo est ἀνορᾶν τῷ ἡλίῳ. Praepositio ἐν orta erat ex vltimis infinitiui ἐνορᾶν literis; ἀνορᾶν autem non vsitatum fuit. — Tum Ciz. ὑπερφύγγιστον. Kiess.

23) διὰ τετηκνίας] Sic recte MS. At prior Edit. corrupte, διὰ τεταμίας: pro quo Arcerius διὰ τετρημένης, vel διατεταμνής, a τάζω, infelicitè rescribendum putabat. Versio autem Obrechtii consentit cum lectione Codicis nostri MS. Kust. In Ciz. vt apud Arcer. πίσσης. In margine codic. Spanhem. notata sunt, καὶ κατόπτρον, et ἡλείπεις. Kiess.

24) κατάλαμψεν] Prior Edit. habet, κατάληψιν: quod auctoritate codicis MS. in κατάλαμψεν mutauit. Est autem ἀντιφῆσις; κατάλαμψις imago rei splendentia re-

πῶθεν, εἰ καὶ ἀνειμενωτέραν, μηχανώμενοι. Τοῦτο φαίνεται καὶ Ἐμπεδοκλῆς περὶ αὐτοῦ αἰνίττεσθαι, καὶ τῆς ἐξαιρέτου καὶ θεοδωρήτου ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως, ²⁵) ἐν οἷς φησὶν·

²⁵) Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς, ὅς δὴ μῆκιστον πραπίδων ἐκίησαιο πλοῦτον, παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων. Ὅππότε γὰρ πάσαισιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσιν, ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκειν ἕκαστον, καὶ τε δὲκ' ἀνθρώπων καὶ τ' εἰκοσιν αἰώνεσσι.

(55) Τὸ γὰρ περιώσια καὶ τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκειν ἕκαστον, καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ εἰκότα ἐμφαντικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστεράς παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἦν ἔν τε τῷ ὀρᾷ καὶ τῷ ἀκούειν καὶ τῷ νοεῖν.

percutta et archetypo pene par: vnde locus hic ita latine reddendus est: *Splendorem repperit, qui archetypo pene par sit, vel etiam remissior, exhibere conantur illis, qui tali re delectantur.* Obrechtus verit, *sensum rei aliquo modo vicinum*: vnde κατάληψιν eum quoque legis apparet: quod miror, cum eodem, quo nos, codice MS. vsus fuerit. Kust. Nondum mihi persuasit Kusterus, suam rationem vnice probandam esse: cui iam hoc obest, quod substantivum κατάληψις aliis locis non reperitur; deinde quod ἀντίληψις potius hanc vim habet, quam Kusterus suo vocabulo tribuit; ἀντιρροπος autem non est *pene par*, sed *paris ponderis*, ergo *par*; tum εἰ καὶ non significat *vel etiam*; denique *splendor archetypo pene par*, et *splendor remissior* in hac quidem orationis serie parum vel nihil differunt. Quae quum ita sint, lectionem κατάληψιν, quam etiam Cod. Ciz. tuetur,

aliquo modo vicinum, quamvis remissiorem, machinantes illis, qui tale quid amant. De hoc ipso eiusque singulari et supra alios homines illi concessa habitudine ita per aenigma cecinit Empedocles:

*Vir erat inter eos quidam praestantia doctus
Plurima, mentis opes amplas sub pectore servans:
Cunctaque vestigans sapientum docta reperta.
Nam quoties animi vires intenderat omnes,
Perspexit facile is cunctarum singula rerum
Vsque decem vel viginti ad mortalia secla.*

Nam verba illa, *praestantia*, et *entium omnium perspexit singula*, ac *sapientiae opes*, et similia, maxime designabant eius peculiarem, et prae caeteris accuratam habitudinem in videndo; audiendo, et intelligendo.

restituendam esse censeo, eademque hunc commodum sensum praebet: iis qui tale quid amant, paramus perceptionem siue comprehensionem (*eine Anschauung*), quae ipsius solis adspectum compenset, licet hoc adspectu paulo sit remissior. *Kiess.*

25) ἐν οἷς φησὶν] Haec desunt in Ciz. *Kiess.*

26) Ἦν δὲ τις κ. τ. λ.] Fragmentum hoc Empedoclis et reliqua, quae sequuntur ad finem vsque capitis huius, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 30. 31. Caeterum, plura ex fragmento hoc Empedoclis menda, quae in priorem Edit. irrepserant, partim auctoritate codicis MS. et partim Porphyrii, sustulimus. *Kust.* Vers. 4. in Ciz. est πάσῃν, ut in Sturzii edit. Empedoclis p. 533. Eodem versu Ciz. ὁπότε. Vers. 5. in edit. Sturz. ἕκαστα. Vers. 6. Ciz. αἰώνων. Conf. de his versibus Sturz. adnot. p. 670. sqq. — In ultimis Ciz. vitiose τὸ ὄφθῆν, τὸ ἀκούειν, τὸ νοεῖν. *Kiess.*

Κ Ε Φ. ις'.

68 Αὕτη μὲν οὖν ἤδη ¹⁾ διὰ μουσικῆς ἐπε-
 τηδεύετο αὐτῷ ²⁾ κατάρτυσις τῶν ψυχῶν. ἄλλη
 δὲ κάθαρσις τῆς διανοίας ἅμα καὶ τῆς ὅλης
 ψυχῆς διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων οὕτως
 ἡσκεῖτο παρ' αὐτῷ. τὸ γενικὸν τῶν περὶ τὰ
 μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνων ᾤετο δεῖν
³⁾ ὑπάρχειν, καὶ τὰς τοῦ ἐμφύτου πᾶσιν ἀκρα-
 σίας τε καὶ πλεονεξίας βασιάνους τε ποικιλω-
 τάτας καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ
 σιδήρῳ [κατ' αὐτὴν] συντελουμένας διαθεσμο-
 θετῆσαι τοῖς χρωμένοις, ἃς οὔτε καρτερεῖν
 οὔτε ὑπομένειν δύναται τις κακὸς ὢν. πρὸς
 δὲ τούτοις ἐμψύχων ἀποχὴν πάντων καὶ ἔτι
 βρωμάτων τινῶν ταῖς ⁴⁾ ἐπειρίαις τοῦ λογι-

1) διὰ μουσικῆς] In priorē Edit. (etiam in cod. Ciz. Kiess.) particula διὰ deest: quae tamen saluo sensu abesse non potest. Kust.

2) κατάρτυσις] Ex MS. pro κατάρτησις, quod prior Edit. habet. Kust.

3) ὑπάρχειν] Hoc verbum, quod cum τοῖς χρωμένοις coniungendum est, Obrechtus non expressit. Est autem, ut constat; ὑπάρχειν τινός τι, ut cap. XII. init. alicui esse auctorem alicuius rei. — Ἐμφύτου deest in Ciz. Ibidem est ποικιλωτάτας τε, et κατ' αὐτὴν συντελουμένας. Verba κατ' αὐτὴν neque in Arc. neque in Kust. leguntur; eadem tamen etiam in margine cod. Spanhem. notata sunt. Videntur corrupta esse ex παραντί, de quo vid. Wolf. in Praef. ad Herodian. p. XVI. Kiess.

4) ἐπειρίαις] Est vox corrupta, pro qua Arcerius ἐπηγείαις, vel ἐμπειρίαις legendum censebat: sed male. Codex MS. habet ἐπιγρίαις. quod itidem vitiosum est. Nos legendum censemus ἐπαγρυπνίαις, vel ἀγρυ-

C A P. XVI.

Atque haec per Musicam excolebatur ab ipso animorum adaptatio; alia autem mentis totiusque animae repurgatio per varia studia hunc in modum instituebatur. Generatim existimabat, suum esse, vt familiaribus auctor existeret congruentes circa disciplinas et studia labores exantlandi, vtque innatae omnibus intemperantiae plusque habendi libidini diuersissima experimenta et castigationes ac igne ferroque peragenda sufflamina iis praeciperet, quae homines ignaui sustinere aut pati non possent. Praeterea abstinentiam omnium animalium, vt et ciborum, qui rationis huma-

πνύαις; cuius emendationis inter alia et hanc habemus rationem, quod supra Num. 13. iidem corrupte legatur *ἐπαγγλῶν*, pro quo *ἀγγυπνύων* legendum esse manifestum est. Coniunguntur enim illic, *δμνοῦπνύων* et *ἐπαγγλῶν*. Porro, Pythagorici vigilantiam maximi faciebant; torporem vero et segnitiam auersabantur: eamque ob causam sedulo cauebant, ne cibos ederent, quos *ἐπρώδη κατάστασις* inducere posse crederent. Vnde apparet, sensum emendationi nostrae non parum fauere: dummodo, transposita vocula καί, τὸ λογισμοῦ ad *εἰλικρινείας* tantum referas, non vero etiam ad *ἀγγυπνύαις*, hoc modo et ordine: *ταῖς ἀγγυπνύαις, καὶ ταῖς τοῦ λογισμοῦ εἰλικρινείαις*, etc. Sic sane omnia erunt clara. Caeterum erat etiam, cum pro *ἐπεργίαις* legendum censerem *ἐνεργίαις*: sed prius magis placet. Confer etiam Nostrum infra cap. XXXI. vbi totus hic locus repetitur. *Kust.* In Cd. Ciz. aequae atque in margine cod. Spanhem. est *ἐπεργίαις*, ad cuius corrupti vocabuli similitudinem propius quam id, quod

- (56) σμοῦ καὶ εἰλικρινείαις ἐμποδιζόντων κατέδει-
 ξεν ⁵⁾ τοῖς ἐταίροις, ἐχεμυθίαν τε καὶ παντε-
 λῇ σιωπῇ πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦ-
 σαν ἐπὶ ἔτη πολλὰ, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπνευ-
 στον περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων
 69 ἐξέτασιν τε καὶ ἀνάληψιν· διὰ ταῦτα δὲ καὶ
 αἰοινίαν καὶ ὀλιγοσιτίαν καὶ ὀλιγοῦπνίαν, δό-
 ξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτή-
 δευτον ⁶⁾ καταφρόνησιν τε καὶ κατεξανάδοτσιν,
 καὶ αἰδῶ μὲν ἀνυπόκριτον πρὸς τοὺς προσή-
 κοντας, πρὸς δὲ τοὺς ⁷⁾ ὁμήλικας ἄπλαστον
 ὁμοιότητα καὶ φιλοφροσύνην, ⁸⁾ συνεπίτασιν
 τε καὶ παρόρμησιν πρὸς τοὺς νεωτέρους φθό-
 νου χωρίς· ⁹⁾ φιλίαν δὲ πάντων πρὸς ἅπαντας,
 εἴτε θεῶν πρὸς ἀνθρώπους δι' εὐσεβείας καὶ
 ἐπιστημονικῆς θεωρίας, εἴτε δογμάτων πρὸς
 ἄλληλα καὶ καθόλου ψυχῆς πρὸς σῶμα, λο-
 γικοῦ τε πρὸς τὰ τοῦ ἀλόγου διὰ φιλοσοφίας

Kusterus suavit, accedit ἐπεργίαις· quod tamen dubiae
 est auctoritatis. At si conferas cap. XVII. sect. 74.,
 ubi ψυχῆς εὐαγείαι memorantur, potius εὐαγείαις legen-
 dum esse videbitur. *Kiess.*

5) τοῖς ἐταίροις] In Ciz., vt in edit. Arc., ἐν τοῖς ἐτέροις.
 Deinceps in Ciz. corrupte, εὐδιαπλέυστον. — Post
 σιωπῇ comma deleui. Parum accurate Obrechtus ver-
 terat: manu eos ducens ad linguam refracandam. Nam
 συνασκοῦσαν h. l. idem est quod συναρμότιονσαν. — Pro
 αἰοινίαν, quod sequitur, in Ciz. vt in ἡμῶν cod.
 Spanhem. est ἀνοινίαν, et pro δόξης τε in Ciz. δόξης δέ.
Kiess.

6) καταφρόνησιν] Antea male, φρόνησιν. *Kust.* Etiam
 in Ciz. est φρόνησιν. *Kiess.*

nae promptitudinem puritatemque impedi-
rent, commendauit discipulis, orisque con-
tinentiam et omnimodum ad linguam refre-
nandam aptum silentium, et intentum at-
que indefessum examen difficiliorum specu-
lationum, earumque ruminationem. Pro-
pterea praescripsit eis vini abstinentiam et
cibi somnique vsum moderatum; gloriae
vero et opum atque his similium contem-
tum inaffectedatum, animumque illis debel-
landis paratum: erga propinquos sinceram
reuerentiam; erga pares non fictam aequa-
bilitatem; erga iuuenes humanitatem, pro-
fectuum adiumenta et admonitiones inuidia
vacuas. Amicitiam porro omnium erga
omnes, siue deorum erga homines, benefi-
cio pietatis et scientiae contemplatiuae, siue
dogmatum inter se, et in vniuersum animae
et corporis, partisquē rationalis cum irra-
tionali per philosophiam eiusque specula-

7) *δημηλικας*] Sic MS. At prior Edit. corrupte, *δημηλικας*.
Kust. Etiam Ciz. *δημηλικας*. Scaliger emendabat
δημηλικας, quemadmodum etiam Arcerius, quod iure
repudiauit Cuperus in Obs. p. 273. monens, Pytha-
goram hic non docere, quomodo ille erga suos disci-
pulos se gerere debeat, sed quomodo aequalibus inter
se agendum sit. Etiam Reinesius corrigit *δημηλικας*. *Kiess.*

8) *συνεπίτασιν*] Infra Num. 188. est *συνεπίστασις*. *Kiess.*

9) *φιλιαν δὲ πάντων πρ.*] Totus hic locus repetitur infra,
cap. XXXIII. vbi quaedam rectius leguntur. *Kust.*
Cd. Ciz. vt Arc. edit. *φιλιαν*. Idem Ciz. *θιόν* pro *θιών*,
et paulo inferius *ἀνδρῶπον* pro *ἀνδρώπων*. *Kiess.*

καὶ τῆς κατὰ ταύτην θεωρίας, εἴτε ἀνθρώπων
 πρὸς ἀλλήλους, πολιτῶν μὲν ¹⁰⁾ διὰ νομιμό-
 (57) τητος [μὲν] ὑγιοῦς, ἑτεροφύλων δὲ διὰ φυ-
 σιολογίας ὀρθῆς, ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἢ
 ἀδελφοὺς καὶ οἰκείους διὰ κοινωνίας ἀδιαστρό-
 φου, εἴτε συλλήβδην ¹¹⁾ πάντων πρὸς ἅπαντας
 καὶ προσέτι τῶν ἀλόγων ζώων τινὰ διὰ δι-
 καιοσύνης καὶ φυσικῆς ἐπιπλοκῆς καὶ κοινότη-
 τος, εἴτε καὶ σώματος καθ' ἑαυτὸ θνητοῦ
 καὶ τῶν ἐγκεκρυμμένων ¹²⁾ αὐτῷ ἐναντίων δυ-
 νάμεων εἰρήνευσιν καὶ συμβιβασμὸν δι' ὑγεί-
 ας καὶ εἰς ταύτην διαίτης καὶ σωφροσύνης
 κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις
 70 εὐετηρίας. ¹³⁾ ἐν πᾶσι δὴ τούτοις ἐνὸς καὶ τοῦ
 αὐτοῦ κατὰ σύλληψιν καὶ συγκεφαλαίωσιν
 ὀνόματος τοῦ τῆς φιλίας εὐρετῆς καὶ νομοθέ-

¹⁰⁾ διὰ νομιμότητος] Sic rescripsi, auctore ipso Iam-
 blichio, cap. XXXIII. vbi, vt dixi, haec ipsa repe-
 tuntur. Codex MS. habet διανομιμότατα. At prior
 Edit. corruptissime διανομιμιο: pro quo Arcerius
 ἀστόχως rescribendum putabat, διανερόμετο. Erit autem
 νομιμότης proprie, vita legitima, siue obedientia erga
 leges: quae vox insolens quidem est et Lexicis igno-
 ta: sed quales non paucae aliae apud Nostrum repe-
 riuntur. Kust. In Cd. Ciz. scriptum est διανομιμο¹²⁾,
 quae est ipsa genuina lectio διὰ νομιμότητος: conf.
 Bastii Comment. Palaeogr. adiecta Schaeferi editioni
 Gregor. Corinth. p. 790. collata tab. V. num. 15.
 eademque est lectio Arcerii codicis, delati in biblio-
 thecam Franequeranam; quod monuit Valckenar. Epist.
 ad Röuerum p. 317. in Berolin. edit. Theocriti. —
 Cuperus in Obs. p. 273. corrigebat διὰ νομίμου ὑγιοῦς,
 propter verba Gellii II, 7. ὑγιὲς νόμιμον διεξυγμείον.

tiones, siue hominum inter se, ciuium, puta, per sanam legislationem, peregrinorum per rectam rerum naturalium doctrinam, mariti vero in vxorem aut fratres aut propinquos, per communionem indistortam, docuit, siue, vt summatim dicam, erga omnes omnium, animalium etiam irrationabilium, per iustitiam et naturalem necessitudinem communionemque: denique latentium in corpore per se mortali et contrariarum facultatum pacificationem, et arctam conciliationem ope sanitatis, huicque congrui victus et temperantiae, salubri mundanorum elementorum statui similem. Haec omnia sigillatim ad idem amicitiae nomen, velut compendio ad vnum caput reuocata, absque

Denique Ciz. vt Arcer. *μὲν* ante *ὄντιος* omittit: quod utique rectius abest; hinc certe vncis inclusi. *Kiess.*

11) *πάντων πρὸς ἅπαντας*] Locum hunc, ante mutilum, ex Codice MS. supplui. In priore enim Edit. desunt verba haec: *ἅπαντας, καὶ προσέτι τῶν ἀλόγων ζώων τινὰ, διὰ δικαιοσύνης. Kust.* Verbum *ἐπιπλοκῆς*, quod sequitur, deest in Ciz., item *καὶ* post *θνητοῦ*. *Kiess.*

12) *αὐτῷ*] In Arc. edit. *ἑαυτῷ*, in Ciz. *ἑαυτόν*. Idem Ciz. *καὶ τῆς εἰς ταύτην*, et post *μύμησιν* habet *τοῖς προτῆς*. *Kiess.*

13) *ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἐνός*] Sic hunc locum mutavi e sectione 230. Ante enim nullo sensu legebatur, *πάντων τούτων ἐν ἐνός*. — Pro *κατὰ σύλληψιν* Ciz. habes *κατάλληψιν*. Ibidem, vt in edit. Arc., deest *ἐγένετο*. Deinceps Arcer. *πρὸς θεοῦς*, cum quo consentit Ciz., in quo est *πρὸς τοὺς θεοὺς*. *Kiess.*

...

της ὁμολογουμένως Πυθαγόρας ἐγένετο, καὶ διόλου τῆς ἐπιτηδειοτάτης πρὸς τοὺς θεοὺς ὁμιλίας ¹⁴⁾ ὕπαρ τε καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους αἰτιώτατος τοῖς περὶ αὐτόν· ὅπερ οὔτε ὑπὸ ὀργῆς τεθολωμένη περιγίνεται ποτε ψυχῇ, οὔτε ὑπὸ λύπης, οὔτε ὑπὸ ἡδονῆς, οὔτε τινὸς ἄλλης (58) αἰσχροῦς ¹⁵⁾ ἐπιθυμίας παρηλλαγμένη, μὰ Δία, οὐδὲ τῆς τούτων ἀπασῶν ἀνοσιωτάτης τε καὶ χαλεπωτάτης ἀμαθίας. ἀπὸ δὴ τούτων ἀπάντων δαιμονίως ἱάτο καὶ ἀπεκάραιρε τὴν ψυχὴν, καὶ ¹⁶⁾ ἀνεξωπύρει τὸ θεῖον ἐν αὐτῇ καὶ ἀπέσωζε, καὶ περιῆγεν ἐπὶ τὸ νοητὸν τὸ θεῖον ὄμμα, κρείττον ὃν σωθῆναι ¹⁷⁾ κατὰ τὸν Πλάτωνα μυρίων σαρκίνων ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ διαβλέψαντι, καὶ οἷς προσῆκε βοηθήμασι τονωθέντι καὶ διαρθρωθέντι, ἡ περὶ τῶν ὄντων ἀπάντων ἀλήθεια διοραταί. πρὸς δὴ τοῦτο ἀναφέρων ἐποιεῖτο τὴν τῆς διανοίας κάθαρσιν. καὶ ἦν αὐτῷ τῆς παιδείσεως ὁ τύπος τοιοῦτος καὶ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων.

¹⁴⁾ ὕπαρ τε καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους] In MS. vitiose exaratum erat, ὑπέρ τε καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. Nimirum τὸ ὕπνοις error librarii mutauerat in ἄνους; quod, si plene scribas, est ἀνθρώπους. Kust. In Ciz. perspicue ita scriptum est, vt correxit Kusterus. Kiess.

¹⁵⁾ ἐπιθυμίας] Sic pro ἐπιδημίας, quod prior Edit. (etiam cod. Ciz. Kiess.) habet, legendum esse, recte monuit Desid. Heraldis Animaduers. in Iambl. cap. VI. Kust. Deinceps Ciz. παρηλαγμένους. Verba proxima, μὰ Δία, οὐδέ, videntur ita transponenda esse: οὐδέ, μὰ Δία. Formulæ enim καὶ Δία, et μὰ Δία, præmittuntur ei enunciationi, cui plus, quam ceteris,

dubiò inuenit et sanciuit Pythagoras, fuitque, vt summatim dicam, suis discipulis vnicus auctor, vt vigilantes aequae ac dormientes cum diis versarentur quam accommodatissime. Quod ipsum sane non cadit in vllam animam ira aut dolore ac tristitia aut alia turpi cupiditate conturbatam, et e tranquillitatis statu deturbatam, vel, quod turpius his omnibus difficiliusque foret, ignorantia inquinatam. Quibus omnibus animam diuinis modis repurgatam sanabat et coelestem eius particulam refocillabat, saluamque ad consequendum intellectu diuinum oculum, infinitis oculis corporis, vt Plato ait, nobiliorem, reducebat. Huius enim solius ope rerum ipsarum veritas perspicitur, si eius acies adiumentis conuenientibus exacuat et corroboretur. Eo itaque respiciens Pythagoras mentis purificationem adornabat: hacque etiam formula institutionis utebatur, et hic ei scopus propositus erat.

ponderis additur. Vide loca citata ad cap. XV. not. 3. *Kiess.*

16) ἀνεζωπύρει] Ciz. vt Arcer. ἀνεζωπύρει. Iidem deinceps ἐν ἑαυτῇ pro ἐν αὐτῇ. *Kiess.*

17) κατὰ τὸν Πλάτωνα] Locus Platonis, ad quem Iamblichus respicit, exstat lib. VII. de Republ. p. 485. Edit. Lugdun. (Vol. VII. p. 154. Bip.). Eundem Platonis locum adducit etiam Theon in *Mathematicis*, pag. 5. *Kust.* In Ciz. desunt verba, καὶ διαφθαρθῆναι. *Kiess.*

Κ Ε Φ. ιζ.

- 71 1) Παρεσκευασμένῳ δὲ αὐτῷ οὕτως εἰς τὴν παιδείαν τῶν ὁμιλητῶν προσιόντων τῶν ἐταίρων καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρει, μέχρις ἂν αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν καὶ τὴν κρίσιν ποιήσῃται· πρῶτον μὲν πυθανόμενος, πῶς τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς οἰκείοις τοῖς λοιποῖς εἰδὼν ὁμιληκότες· ἔπειτα
- (59) θεωρῶν αὐτῶν τοὺς τε γέλωτας τοὺς ἀκαίρους, καὶ τὴν σιωπὴν, καὶ τὴν λαλιὰν παρὰ τὸ δέον, ἔτι δὲ τὰς ἐπιθυμίας, τίνες εἰδὼν, καὶ τοὺς γνωρίμους, οἷς ἐχρῶντο, καὶ τὴν πρὸς τούτους ὁμιλίαν, καὶ πρὸς τίνι μάλιστα τὴν ἡμέραν σχολάζουσι, καὶ τὴν χαρὰν καὶ τὴν λύπην ἐπὶ τίσι τυγχάνουσι ποιοῦμενοι. προσεθεώρει δὲ καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν πορείαν, καὶ τὴν ὅλην τοῦ σώματος κίνησιν· τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνωμονῶν αὐτοὺς σημεῖα τὰ φανερά ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἡθῶν ἐν τῇ ψυχῇ.
- 72 Καὶ ὄντινα δοκιμάσειεν οὕτως, ἐφίει τριῶν ἐτῶν ὑπερορᾶσθαι, 2) δοκιμάζων πῶς ἔχει βε-

1) Παρεσκευασμένῳ κ. τ. λ.] Parum accurate Obrechtus hunc locum interpretatus est, qui sic intelligi debet: Quum sic se comparasset ad discipulorum institutionem, h. e. quum in discipulis instituendis hanc rationem sequeretur. Verum pro τῶν ἐταίρων videtur legendum esse τινῶν ἐτέρων. Nam qui ad Pythagorae cohortem accedere cupiebant, ii nondum erant ἐταῖροι; atque vocabula ἐταῖρος et ἕτερος innumeris locis confundi constat. — Post λοιποῖς pro ἰσῶν, quod Kust. dedit, in Arc. est πάφεισιν, in Ciz. πάφεισιν. In eodem Ciz. paulo post τίνες ἰσῶν, et pro ἐπὶ τίσι, ἐπὶ τοῖς:

C A P. XVII.

Praeparatione hac adhibita discipulorum suorum institutioni, non statim recipiebat eos, qui in amicorum convictorumque suorum numero haberi volebant, donec ipsorum explorationem diiudicationemque instituisset. Primum enim inquirebat, quo animo quoue affectu parentes aliosque familiares prosequuti essent: deinde notabat risus ipsorum intempestiuos, silentium, sermonisque abusum: tum quo cupiditatibus modo indulgerent; quos haberent sibi familiares, et quo pacto cum illis viuerent; denique quibus potissimum rebus interdum vacarent; quibus item gauderent dolerentue. Inspiciebat et vultum et incessum et totius corporis motus: atque ex natiuis faciei lineamentis ipsos ita noscitabat, vt manifesta indicia obscuris animorum inclinationibus indagandis adhiberet. Quem autem ita probasset, eum triennio contemtum haberi iubebat, explorans eius constantiam verum-

denique pro *γνωσθῆναι γνωσθῆναι*, quod Reinesius correxit. *Kiess.*

- 2) *δοκιμῶν*] Neque hic probandus Obrechtus, interpretans, *nec tamen intermittebat — obseruare*. Scriptoris enim mens est, per ipsum illum triennii contemptum Pythagoram explorauisse, quam essent constantes, quamque vero discendi studio agerentur ii, qui ad suum sodalitiū admitti cuperent. — Pro *πειρατῇ* *Ciz.* corrupte *πάρτε ἰσῆ*. *Kiess.*

βαιότητος καὶ ἀληθινῆς φιλομαθίας, καὶ εἰ
 πρὸς δόξαν ἱκανῶς παρεσκευάσται, ὥστε κατα-
 φρονεῖν τιμῆς. μετὰ δὲ τοῦτο τοῖς προσιοῦσι
 προσέταττε σιωπὴν πενταετῇ, ἀποπειρώμενος,
 πῶς ³⁾ ἐγκρατῶς ἔχουσιν, ὡς χαλεπώτερον τῶν
 ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο, τὸ γλώσσης κρα-
 τεῖν· καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυστήρια νομοθε-
 τησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν. ⁴⁾ ἐν δὲ τῷ χρόνῳ
 τούτῳ τὰ μὲν ἐκάστου ὑπάρχοντα, τουτέστιν
 αἱ οὐσίαι, ἐκοινοῦντο, διδόμενα τοῖς ἀποδε-
 δειγμένοις εἰς τοῦτο γνωρίμοις, οἵπερ ἐκα-
 λοῦντο πολιτικοὶ καὶ οἰκονομικοὶ τινες καὶ
 νομοθετικοὶ ὄντες. αὐτοὶ δὲ ⁵⁾ εἰ μὲν ἄξιοι
 (60) ἐφαίνοντο τοῦ μετέχειν δογμάτων, ἔκ τε βίου
 καὶ τῆς ἄλλης ἐπιεικειᾶς κριθέντες, μετὰ τὴν
⁶⁾ πενταετῇ σιωπὴν ⁷⁾ ἐσωτερικοὶ λοιπὸν ἐγί-
 νοντο, καὶ ἐντὸς ⁸⁾ σινδόνης ἐπήκουον τοῦ
 Πυθαγόρου μετὰ τοῦ καὶ βλέπειν αὐτόν· πρὸ
 τούτου δὲ ἐκτὸς αὐτῆς καὶ μηδέποτε αὐτῷ
 ἐνορῶντες μετεῖχον τῶν λόγων διὰ ψιλλῆς ἀκοῆς
 ἐν πολλῷ χρόνῳ διδόντες βάσανον τῶν οἰκείων
 73 ἡθῶν· ⁹⁾ εἰ δ' ἀποδοκιμασθεῖσαν, τὴν μὲν

3) ἐγκρατῶς ἔχουσιν] Sic ex codice MS. locum hunc
 emendavi et distinxi. Ante enim male legebatur,
 ἔγκ. ἔχουσιν πρὸς χαλεπ. Kust.

4) ἐν δὲ] In Ciz. ἐν δέ. Idem cum marg. Cod. Spanh.
 pro ἐκάστου praebebat ἕκαστα. Item Ciz. ἐκοινοῦντο. Tum
 idem ante τοῦτο omituit εἰς. Kiess.

5) εἰ μὲν] Ita scripsi propter oppositum εἰ δὲ pro
 οἱ μὲν, quod Kust. habet. In Ciz. et marg. Spanh.
 est οἱ μὲν, ibidemque μετασχῆν pro μετέχειν. Kiess.

que discendi studium, et an aduersus gloriam satis firmus honorisque contemtor esset. Post haec imperabat suis quinquennale silentium, vt sciret, quantum possent in continentia, quippe quum linguam continere ceteris continentiae experimentis sit difficilius, vti significatum est ab iis, qui mysteria instituerunt. Interea temporis quicquid facultatum opumue quisque possidebat, in medium conferebatur, et aliis ad hoc ipsum destinatis, qui politici et oeconomici et legislatores nominabantur, dispensandum committebatur. Ipsi vero, si post quinquennale silentium ex vitae ceteraque ingenii modestia digni habebantur, quibuscum dogmata communicarentur, deinceps fiebant interioris admissionis discipuli, et intra velum audiebant iuxta videbantque Pythagoram: antea enim obducto velo extrinsecus citra praeceptoris adspectum ab ore eius pendebant, diuturnumque morum suorum experimentum dabant. Sin vero reiicieban-

6) πενταετή] Ciz. πενταετήν. Comma post σιωπήν sublatum transtuli post participium κριθέντες. Poterant autem verba, μετὰ πενταετή σιωπήν, hoc quidem loco prorsus omitti.

7) ἐσωτερικοὶ λοιπ. ἐγ.] Vide Schefferum *de Philosophia Ital.* cap. XI. p. 105. Kust. Adde Meinersium l. c. p. 461. sqq. et Tiedemann. p. 297. sqq. Kiess.

8) συνδόνος] In Ciz. συνδόνος. Ibidem paulo post πρὸς τοῦτον, et τὸν λόγον. Kiess.

9) εἰ δ'] Post ἡθῶν Kusterus pleno interpunxerat. Kiess.

οὐσίαν ἐλάμβανον διπλῆν, ¹⁰⁾ μνήμα δὲ αὐ-
 τοῖς ὡς νεκροῖς ἐχώννυτο ὑπὸ τῶν ὀμακίων·
 οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάντες οἱ περὶ τὸν ἄνδρα·
 συντηγχάνοντες δὲ αὐτοῖς οὕτω συνετύγχανον,
 ὡς ἄλλοις τισὶν· ἐκείνους δὲ ἔφασαν τεθνάναι,
 οὓς αὐτοὶ ἀνεπλάσαντο, καλοὺς καγαθοὺς
 προσδοκῶντες ἔσεσθαι ἐκ τῶν μαθημάτων·
¹¹⁾ ἀδιοργανώτους τε, καί, ὡς εἶπεῖν, ἀτελεῖς
 τε καὶ στερῶδεις ὦντο ¹²⁾ τοὺς δυσμαθεστέ-
 74 ρους. ¹³⁾ Εἰ δὲ μετὰ τὸ ἐκ μορφῆς τε καὶ
 βαδίσματος καὶ τῆς ἄλλης κινήσεώς τε καὶ
 καταστάσεως ὑπ' αὐτοῦ φυσιογνωμονηθῆναι
 καὶ ἐλπίδα ἀγαθῆν περὶ αὐτῶν παρασχεῖν, με-
 τὰ πενταετῇ σιωπῇ, ¹⁴⁾ καὶ μετὰ τοὺς ἐκ τῶν
 τοσῶνδε μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ μυήσεις,
 (61) ψυχῆς τε ἀπορρύψεις καὶ καθαρμοὺς τοσού-
 τους τε καὶ τηλικούτους καὶ ἐκ ποικίλων οὕ-
 τω θεωρημάτων ¹⁵⁾ προσοδεύσαντες, δι' οὓς

10) μνήμα δὲ αὐτοῖς ὡς νεκρ.] Vide eundem Scheffe-
 rum in dicto opere, sub hñem cap. XII. Kust. Ad-
 de Meiners. p. 460. sq. — Pro τεθνάναι Ciz. cum
 Arc. τεθνάναι. Kiess.

11) ἀδιοργανώτους] Id est, malis organis a natura in-
 structos. Sic supra Num. 66. Noster vsus est voce
 διοργανούμενος; et alibi voce διοργάνωσις. Kust. His
 verbis synonyma sunt ἀγενής, et εὐφνής, de quibus
 vid. Holstenium ad Porphy. p. 4. et Rittershus. ad
 eundem, p. 8. Kiess.

12) τοὺς δυσμαθεστέρους] Sic MS. At prior Edit. mi-
 nus recte, τοὺς δ' ἀμαθεστέρους. Kust.

13) Εἰ δὲ] Ciz. et Arc. εἴ γε, Par. e marg. Spanhem.
 εἴ γε. Paulo post pro ὑπ' αὐτοῦ in Ciz. ut in edit.

tur, opum, quas contulerant, duplum recipiebant, iisque monumentum exstruebatur ab homacois (sic enim omnes huius viri discipuli vocabantur): qui si quando illis obuii facti essent, cum iis tanquam cum aliis quibusdam agebant; ipsos vero dictitabant mortuos, quos hac spe reformauerant, fore ut ope disciplinarum in bonos honestosque viros euaderent. Sed qui ad discendum tardi erant, illos male conformatos, et, ut ita dicam, imperfectos sterilesque iudicabant. Sin post peractam explorationem ex forma, ingressu, motu, habitu, post spem bene de ipsis conceptam, post quinquennale silentium, post tot disciplinarum orgia et initiationes, post animae purgationes et emundationes, post peragrata tot, tanta et tam varia theoremata, ex

Arc. est ὑπ' αὐτῶν. Ibidem περὶ αὐτοῦ pro περὶ αὐτῶν. Kiess.

14) καὶ μετὰ τοὺς] In Ciz. καίτοι μετὰ τοὺς. Ibidem deinceps ἐκ τῶν τόσων δέ, ubi Scaliger τῶν delet. Kiess.

15) προσοδεύσαντες] Vocem hanc libens obelo confixerim. Non solum enim nihil ad rem facit, sed etiam sensum et seriem orationis turbat: siquidem accusatiui illi, καθαρῶς, etc. pendent a praecedenti μετὰ, nec vlllo verbo ad sui constructionem opus habent. Deinde pro δι' οὗς, quod statim sequitur, lego δι' ὧν. Kust. Schneidero in Lexico suo προσοδεύειν h. l. significare videtur, instruere tanquam viatico. Quam viri egregii rationem meam facere non possum. In Cd. Ciz. est προσοδεύσαντες. Pro quo si legas προσοδεύσαντας, idque referas ad καθαρῶς, ut

ἀγχίνοιά τε καὶ ψυχῆς εὐάγεια παῖσιν ἐκ παν-
 τὸς ἐνεφύοντο, δυσκίνητος ἔτι τις καὶ δυσπα-
 ρακολούθητος εὐρίσκετο· ¹⁶⁾ στήλην δὴ τινα
 τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ διατριβῇ χώ-
 σαντες (καθὰ καὶ ¹⁷⁾ Περιάλω τῷ Θουρίῳ λέ-
 γεται καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ, ἀπο-
 γνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν), ἐξήλαντον ἐκ τοῦ ὁμα-
 κοῖου, φορτίσαντες χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου
 πλῆθος. κοινὰ γὰρ αὐτοῖς καὶ ταῦτα ἀπέκειτο
 ὑπὸ τινῶν εἰς τοῦτο ἐπιτηδεῖων, ¹⁸⁾ νῆ Δί',
 οἰκονομούμενα, οὓς προσηγόρευον οἰκονομι-
 κούς ἀπὸ τοῦ τέλους. καὶ εἴ ποτε συντίχοιεν

intelligentur purgationes quae ex theorematibus prodeant
 eius redundant, loco quodammodo consulueria. —
 Idem Ciz. deinceps ἀγχίνοιαί τε, ἐνεφύοντο, ἡρῆσκετο.
 Kiess.

¹⁶⁾ στήλην δὴ τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημ.] Manifesta
 tautologia. Hoc ipsum enim iam paulo superius
 Iamblichus nos docuit. Quare suspicor, libellum
 hunc Iamblichi interpolatorum manus passum esse;
 praesertim cum et alia non pauca bis in eo dicta
 observauerim. Vel saltem dicendum est, Iamblichum
 eadem ex diuersis auctoribus aliquando retulisse.
 Confer Nostrum infra sub finem capituli XXXIV. ubi
 morem hunc Pythagoreorum itidem Lectoribus in-
 culcat. Kust. Vid. de huius libelli indole et natura
 Meinera. p. 271. Kiess.

¹⁷⁾ Περιάλω τῷ Θ. — καὶ Κύλωνι] Addi his poterat
 Hipparchus, de quo Clemens Alexandr. lib. V. Strom.
 p. 575. Φασὶ γοῦν Ἱππαρχὸν τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν
 ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελασθῆναι
 τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ.
 Aiunt Hipparchum Pythagoreum, accusatum, quod scri-
 pto prodidisset decreta Pythagorae, e schola expulsam

quibus solertia mentis animaeque sanctitas modis omnibus in vnoquoque subnascebatur, segnior adhuc aliquis et intellectu hebetior reperiiebatur, tali homini in schola cippum aliquem et monumentum sepulcrale erigebant (vti contigisse fertur Perialo Thurio et Cyloni, Sybaritarum principi, ab iisdem improbatis); dein auro argentoque onustum auditorio exigebant. nam et eum in finem reposita pecunia publica administrabatur a quibusdam, qui a sumtuum dispensatione oeconomici dicebantur. Quodsi aliquando sic eiecto forte facti essent obuii,

fuisse, et ipsi tanquam mortuo cippum erectum esse. Hic nimirum est Hipparchus ille, ad quem epistola Lysidis, quae statim subiungitur, scripta est. Caeterum de Cylone eiusque reprobatione plura vide sis apud Nostrum infra cap. XXXV. Kust. In Ciz. corrupte, περι ἄλλοι. Post verba ἐπὶ αὐτῶν Scal. supplet συμβῆναι, male; et ante ἐξηλαυνον addit οὗς, in quo et ipso errauit. Tum in Ciz. vt in Arc. pro ἐκ τοῦ est ἀν τοῦ. Denique in Ciz. χρύσον et πλήθει. Kiess.

- 18) *ἢ Δι'*] Ita Kusterus. In Ciz. et edit. Arc. καὶ ἢ δι'. Loganus p. 94. legit, κατ' ἐνδεῖς (vt iam antea Scaliger) οἰκονομούμενα. Nam, inquit, istud ἢ Δία omnino superuacaneum, et καὶ absurdum: aliquid autem sensui deesse videbatur, quod ita suppleri posset censebam. — Kusterus omisit καὶ: an auctoritate codicis sui, non dixit. Lectionem ἢ Δία, quamquam seriores Graeci hanc formulam frequentant, vid. ad cap. XV. not. 3., hoc loco incommodam esse patet; κατ' ἐνδεῖς autem probandum esset, si idem significaret, quod εἰς ἐνδειαν. Quod secus est. Hinc legere malim: εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων δὴ διοικονομούμενα. Kiess.

ἄλλως αὐτῷ, πάντα ὄντινόν μᾶλλον, ἢ ἐκεῖ-
 νον ἡγοῦντο εἶναι, τὸν κατ' αὐτοὺς τεθνηκότα.
 75 Διόπερ καὶ 19) Λύσις Ἰππάρχῳ τινὶ ἐπιπλήττων,
 (62) μεταδιδόντι 20) τῶν λόγων τοῖς ἀνεισάκτοις καὶ
 ἄνευ μαθημάτων καὶ θεωρίας ἐπιφυσμένοις,
 φησί· 21) „Φαντὶ δέ σε καὶ δαμοσίᾳ 22) φιλο-
 „σοφὲν τοῖς ἐντυγχάνουσι, τόπερ ἀπαξίωσε
 „Πυθαγόρας· ὥς ἔμαθες μὲν, Ἰππαρχε, μετα

19) Λύσις] Epistola haec Lysidis exstat etiam in Col-
 lect. Epistolarum Graecarum Aldina et Geneuensi, et
 ad calcem Diog. Laertii, qui ex officina Henrici Ste-
 phani prodit: itemque inter opuscula Mythologica,
 Physica, et Ethica, quae prodierunt apud Henr. Wet-
 stenium Amstelod. 1688. collectore Thoma Galeo.
 Eandem Latine exhibet Theodor. Canter. *Var. Lect.*
 lib. I. cap. XII. Meminit etiam eius Synesius Epist.
 CXLIII. et Eustathius ad Il. B. p. 360. Edit. Rom.
 Kust. Meiners. p. 487. opinatur, epistolam non a
 Lyside scriptam esse, sed fictam. Aliter statuit Tiede-
 mann. p. 289. sqq. *Kiess.*

20) τῶν λόγων] Ita scripsi pro τὸν λόγον, iubente Ku-
 stero. In Ciz. μεταδιδόντι τὸν λόγον. De constructione
 verbi μεταδιδόναι vid. Schaefer. Melet. crit. p. 20. sq.
 Sed accusatiuus hoc loco admitti non potest, nisi τὸν
 λόγον intelligamus librum illum Pythagorae adscriptum,
 cui titulus Ἰερὸς λόγος, vid. sect. 146. At ille liber
 non simpliciter ὁ λόγος appellatur. *Kiess.*

21) Φαντὶ δέ] In Diogene Laertio p. 875. sqq. ed.
 Henr. Steph. haec epistola ita comparata est: Μετὰ τὸ
 Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, οὐδέποκα διασκεδ-
 αθήσεσθαι τὸ ἄθροισμα τῶν ὁμιλητῶν εἰς τὸν ἑαυτοῦ θυ-
 μὸν ἰβαλόμεν· ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ
 μεγάλης φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλως
 φορεῦμενοι διεσπάρημεν, ὅσιον καὶ μᾶσθαι τῶν τήνου
 θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῶσαι
 τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὰς ψυχὰς κεκαθαρμένοις.
 οὐ γὰρ θέμις κ. τ. λ. Ab his verbis vsque ad illa,

quemuis potius alium censebant, quam illum, quippe qui secundum ipsos mortuus esset. Quapropter et Lysis Hipparchum quendam increpans, quod cum hominibus non rite initiatis et sine disciplinis ad contemplationem accedentibus doctrinam communicaret, scribit: *Αἰὺντ αὐτὴν, vulgare τε etiam philosophiam quibusuis obuiis: quod Pythagoras fieri noluit. Et hanc tu quidem, Hipparche,*

στοιχεῖα φυτεύοντά τι χρηστὸν αὐτῷ παραδιδόμεν — singularae enunciationes in Stephaniana epistolae editione eodem ordine, quo in Iamblichio, continuantur. Deinceps autem ibi haec sequuntur: *Ἐπερ ἔμαθες μὲν, Ἱππαρχε, μετὰ σπουδῆς, οὐκ ἐτήρησας δ', ὅ γε γενναῖε, γενεόμενος Σικελικῆς πολυτελείας, ἃς οὐ χρὴν τὴν γενέσθαι δεύτερον. λέγουσι δὲ πολλοί, σὲ καὶ διαρροῖε φιλοσοφῆν. ὅπερ ἀπαξίωσι Πυθαγόρας· ὃς γε Δαμοῖ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνήματα παρακαταθέμενος, ἐπέσκαψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας παραδιδόμεν. ἃ δὲ, δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδοῦναι τῷ λόγῳ, οὐκ ἐβουλήθη· περὶαν δὲ καὶ τὰς τῷ πατρὶ ἐπισκῆψας ἐνδομῆζε χρυσοῦ τιμιωτέραν ἔμεν. φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμοῖ θνάσκοντι Βισαυλίᾳ τῇ ἰαντῆς θυγατρὶ τὰν αὐτῶν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν. ἄμμις δὲ ἄνδρες ἰόντες, οὐ γνησίως αὐτῷ ποτιφερόμεθα, ἀλλὰ παραβάται τὰν ὁμολογίαν γιγνόμεθα. εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο, χαρήσομαι· εἰ δὲ μὴ, τέθνακός μοι. —* His lectis mirari licet, quam misere Iamblichus, initio maxime epistolae, sententiarum ordinem peruerterit et laceraverit. *Kiess.*

22) φιλοσοφῆν] Sic pro φιλοσοφῆν scripsi e Ciz., idemque propter doricam dialectum, qua haec epistola scripta est, etiam Kusterus requirebat. — Usus est hoc quoque loco contra Meinersium Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 119. — Deinceps pro τότε, quod Kust. dedit, Ciz. ut Arc. habet τότε. *Kiest.*

„σπουδᾶς, οὐκ ἐφύλαξας δέ, γευσάμενος, ὧ
 „γενναῖε, οικελικᾶς πολυτελείας, ²³⁾ ἄς οὐκ
 „ἐχρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον. εἰ μὲν ὦν με-
 „ταβάλοιό, ²⁴⁾ χαρήσομαι· εἰ δὲ μήγε, τέθνα-
 „κας. ²⁵⁾ διαμεμνῶσθαι γὰρ φασὶν ὅσιον εἶη
 „κατὰ τῶν τήνω θείων τε καὶ ἀνθρωπείων
 „παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ²⁶⁾ ποιῆσθαι τὰ
 „σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὄναι τὰν ψυχὰν
 „κεκαθυρμένοις. οὐ γὰρ θέμις ²⁷⁾ ὀρέγεν τοῖς
 „ἀπαντᾶσι τὰ μετὰ τοσοῦτων ἀγώνων [σπουδᾶ]
 (65) „ποριχθέντα, οὐδὲ μὰν βεβάλοις τὰ ταῖν
 „Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια ²⁸⁾ διαγείσθαι.

23) ἄς οὐκ ἐχρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον] Kusterus sensu, ut ipsi videbatur, exigente scripserat, ἄς — γεύσθαι. Quod dedit ἄς pro ἄς, quae est lectio Ciz. et Arcerii, recte fecit: sed γενέσθαι, quod cum Arc. etiam Ciz. tuetur, non est mutandum, etiam Toupio censente in Addend. in Theocrit. Vol. II. p. 399. Ed. Berol. Idem Toupius ad illustrandam formulam γενέσθαι δεύτερον τινος attulit hunc locum Aphthonii Sophist. Progymn. Cap. V. Πῶς δὲ διώκων τὴν κόρην ὁ Πύθιος θνητῆς ἐγένετο δεύτερος. Eundem Toupium sequutus sum in eo quod acripisti τυ pro τοι· nam dativus hic locum non habet, et enclit. accus. doric. est τυ. Frequentissime autem τοι pro τυ scriptum est. Vid. Bekker ad Apollon. Dyc. de Pron. p. 439. — Obrechtus locum sic interpretatus erat: ad quas — non debebas reuerti. Kiess.

24) χαρήσομαι] Ita Kusterus edidit; num e Cd. Paris., non significavit. In edit. Arc. est χάρησον μὲν, in marg. cod. Spanhem. χαρέσσουμε, in Cd. Ciz. χαρήσσουμε, unde, referente Koenio ad Gregor. Corinth. p. 262. ed. Schaef., praeclare magnus Hemsterhusius χαρήσοῦμαι elicuit. Mihi tamen adhuc residet dubitatio, an non χαρήσοῦμαι, sed aut χαρήσοῦμαι aut χαρεσσῶμαι sit scribendum. Kiess.

cum cura didicisti; sed non seruasti, o bone, gustatis deliciis Siculis, a quibus te superari non oportebat. Si igitur mentem mutaueris, laetabor; sin minus, mortuus es mihi. Par enim erat, aiunt, diuinorum eius humanorumque praeceptorum semper meminisse, neque bona sapientiae communicare cum hominibus, qui ne per somnium quidem purgationem animae subierunt. Nefas enim est obuiο vulgo porrigere ea, quae tantis laboribus comparata sunt, aut profanis Dearum Eleusiniarum mysteria

25) διαμεμνῶσθαι γάρ φασι ὅσιον εἶη κατὰ τῶν τήνων] Scribe, διαμεμνῶσθαι γάρ ὅσιον ἦν τῶν τήνων θείων τε καὶ ἀνθρ. Kust. In Ciz. est, διαμεμνῶσθαι γάρ φησιν (etiam Arc. habet φησιν) ὅσιον εἶη κατὰ. Quae sequuntur, τῶν τήνων θείων τε καὶ ἀνθρωπείων παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ, in Ciz. desunt. Scripsi τήνων pro τήνου, vt infra. Forsitan locus sic restituendus est: διαμεμνῶσθαι γάρ, φανί, ὅσιον εἶη καὶ σὲ τῶν etc. Sed omnia hic esse incertissima, facile intelligitur, si initium huius epistolae, vt in Diogene legitur, comparatur. Kiess.

26) ποιῆσθαι] Caue mutes. Est enim Doricum pro ποιεῖσθαι. Kust.

 πῆς καὶ τῆς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀκροάσεως καὶ
 τῶν ἄλλων βασάνων, ἀθρόως αὐτὸν ἐπιτίθειον
²⁾ ἀπειργάσατο πρὸς τὴν ἀκροάσιν τῶν αὐτῶ

cumque esse, de qua re capite proximo ne quid-
 dem. Hinc patere, quam incogitanter Iamblichus
 alium auctorem exscripserit, quippe qui, quum in
 sect. 89. orationis filum abrumperet, finem tamen
 huius sectionis non mutauerit. Enimuero hic quidem
 Iamblichus, quem Meinersius prava verbi ὑποτίθεσθαι
 interpretatione inductus promittere iubet, quae non
 promisit, omni crimine absolvendus est. Sensus enim
 loci hic est: illis classibus, quas modo commemora-
 vi, tanquam formae generibus suis (ut dialectici lo-
 quuntur) subiiciendi sunt politici, oeconomici et no-
 mothetici. Recte intellexit Tiedemann. qui p. 301.
 vertit: Hierunter gehören auch —. Eodemque modo
 si cum Meinersius intellexisset, neque ut Obrechtus,
 qui ὑποτίθεσθαι verterat subnectere, eo usurus erat ad
 confirmanda ea, quae p. 462. dixit: Auch ist es nicht
 unglaublich, dass die letztern (die Esoteriker oder Ma-
 thematiker) nach ihren verschiedenen Fähigkeiten ent-
 weder für die Erforschung und den Vortrag von Wis-
 senschaften, oder auch für öffentliche Geschäfte entweder
 die Namen von Theoretikern oder Physikern, oder auch
 von Politikern und Nomothetikern trugen. Copiosius

CAP. XIX.

In genere vero sciendum est, Pythagoram multas docendi vias reperisse, et cuilibet ratam sapientiae portionem pro naturali facultate proque ingenii captu tradidisse. Cuius rei certissimum argumentum est, quod, quum Abaris Scythia ex Hyperboreis, rudis et disciplinis Græcorum non initiatus, aetate etiam proeclior aduenisset, eum nequaquam per varias contemplationes circumduxit; sed omisso silentio et tam diuturna auscultatione, aliisque tentaminibus, statim in familiaritatem et ad do-

sime hoc omne argumentum explicuit Tiedemann. p. 269. sqq. *Kiess.*

*) De auctore huius capituli, in quo Abaridis miracula narrantur, non constat. Neque e sectione 141., ubi horum miraculorum pars repetitur, de auctore quicquam dici potest. At ne multum quidem refert, quod horum fragmentorum auctores ignoramus, quum hoc ipsum argumentum ad philosophiam Pythagoricam cognoscendam nihil admodum conferat. Meiners. p. 277. sq.

1) *μοῖραν*] Ciz. cum Arc. *μοῖραν*. Idem Ciz. paulo post *ποιλλων* pro *ποιλλων*. *Kiess.*

2) *ὑπεργύσατο*] Hanc lectionem, a qua prope abfuit Scaliger, *εἰργάσατο* scribendum esse coniciens, auctori reddidi e Ciz. In edd. Arc. et Kust. est *ἄκροάσατο*, pro quo Arcer. coniciebat *ἡγήσατο*. — *Ἰθρῶς* est *via contracta, compendiarie, συνηγμένης*. Sect. 93. *θεολογίαν ἐπιτετημένην παρέδωκε*. *Kiess.*

δογματιζομένων, καὶ τὸ 3) περὶ φύσεως σύγ-
 γραμμα καὶ ἄλλο τὸ περὶ θεῶν ὡς ἐν βραχυ-
 91 τάτοις αὐτὸν ἀνεδίδαξεν. Ἦλθε μὲν γὰρ Ἀβα-
 ρις ἀπὸ Ῥερβορέων, 4) ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖ Ἀπόλ-
 λωνος πρεσβύτου καθήκων καὶ τὰ ἱερατικὰ
 (76) σοφώτατα, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος 5) ὑποστρέφων εἰς
 τὰ ἴδια, ἵνα τὸν 6) ἀγερωθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ
 ἀποθῇται εἰς τὸ ἐν Ῥερβορείοις ἱερόν. γενό-
 μειος δὲ ἐν παρόδῳ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ
 τὸν Πυθαγόραν 7) ἰδὼν, καὶ μάλιστα εἰκάσας
 τῷ θεῷ, οὐπὲρ ἦν ἱερεὺς, καὶ πιστεύσας μὴ
 ἄλλον, μηδὲ ἀνθρώπον 8) ὅμοιον ἐκείνῳ, ἀλλ'
 αὐτὸν ὄντως τὸν Ἀπόλλω, ἔκ τε ὧν ἑώρα περὶ

3) περὶ φύσεως] In Ciz. vt in Arc. edit. παρὰ φ., sol-
 lenni harum praepositionum confusione. Ciz. dein-
 ceptis ἐνεδίδαξεν. Ceterum hunc locum sic scribere
 malim: καὶ κατὰ τὸ περὶ φύσεως σύγγραμμα καὶ ἄλλο τε
 περὶ θεῶν, etc. Kiess.

4) ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖ Ἀπόλλωνος πρεσβύτου καθήκων κ.
 τ. λ.] Est locus admodum corruptus, quem sic ex-
 pedio: ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖ Ἀπόλλωνος, πρεσβύτης ἤδη ὢν, καὶ
 τὰ ἱερατικὰ σοφώτατος· ἀπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἀναστρέφων
 εἰς τὰ ἴδια, etc. Pro πρεσβύτου rescripsimus πρεσβύτης.
 Erat enim Abaris iam senior, et, vt ipse Iamblichus
 paulo superius ait, τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκὸς, cum in Grae-
 ciam veniret. Deinde pro καθήκων Desid. Herald.
 Animaduert. in Iambl. cap. VII. legendum censet
 καθέλκων: quasi nimirum sensus sit, Abaridem τὰ ἱε-
 ρατικὰ σοφώτατα ex Graecia in patriam suam deduxisse,
 vel intulisse. Sed non observauit vir ille doctus,
 pro σοφώτατα legendum esse σοφώτατος: vnde conie-
 ctura eius sponte corruit. Nos igitur rectius, vt pu-
 tamus, rescribendum censuimus, ἤδη ὢν: prout etiam
 Obrechtum legisse ex versione eius patet. Porro,
 pro σοφώτατα scribendum esse σοφώτατος, monuerat

gmata sua audienda admisit, commentariumque *de natura*, et alium *de diis* compendiarie via illum edocuit. Venerat enim Abaris ab Hyperboreis, Apollinis, qui in ea regione colitur, sacerdos, iam senio propior et rerum sacrarum scientissimus; e Graecia domum remeans, ut aurum, quod corrogauerat deo, in eius apud Hyperboreos templo consecraret. Transiens autem per Italiam visum sibi Pythagoram deo maxime, cuius ipse erat sacerdos, assimilauit; persuasus, non alium, ac ne hominem quidem illi similem, sed ipsum vere Apollinem esse, tum propter illa, quae in Pythagora

etiam vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani. *Kust.* Propius auctoris manum attingere mihi videor, quum scribo: *πρεσβύτατος ἤδη ὢν καὶ — σοφώτατος.* Solent enim Graeci superlatiuos sic componere. *Kiess.*

6) ὑποστρέφων] Sic recte Ciz. pro ἀπουτρέφων, quod habent edd. Arc. et Kust. Locutio ὑποστρέφειν εἰς τὰ ὕψη, quae Act. XXI. 6. occurrit, est senioris Graecitatis. *Kiess.*

6) ἀγερθέντα] Sic noster MS. ab ἀγείρω, congrego, colligo. Antea vero male, ἀγερθέντα: quod Arcerius suo more ἀσίδως in ἀργαθέντα mutandum censebat. Vide etiam Desid. Heraldum loco laudato, qui itidem ἀγερθέντα scribendum hic esse ex ingenio suo recte monuit. *Kust.* In Ciz. est ἐγερθέντα. Formulam ἀγείρειν τῷ θεῷ illustrat Cuperus in Obs. p. 274. sqq. *Kiess.*

7) ἰδὼν, καὶ] Sic recte Ciz. In edd. Arc. et Kust. deest καὶ. *Kiess.*

8) ὅμοιον] Ita Ciz. Sed Arc. et Kust. ὁμοῖον. Vide de huius adiectiui accentu viros doctos ad Gregor. Cor. plur. locis. *Kiess.*

αὐτὸν σεμνοτάτων καὶ ἐξ ὧν προεγίνωσκειν
 ὁ ἱερεὺς γνωρισμάτων, Πυθαγόρα ἀπέδωκεν
 9) οἷόν τόν, ὃν ἔχων ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐξῆλθε,
 χρήσιμον αὐτῷ ἐδόμενον πρὸς τὰ συμπίπτοντα
 δυσμύχανα, κατὰ τὴν τοσαύτην ἄλην. ¹⁰⁾ ἐπο-
 χούμενος γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ ἄβατα διέβαινεν,
 οἶον ποταμούς καὶ λίμνας καὶ τέλματα καὶ
 ὄρη καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ προσβαλὼν, ὡς λό-
 (77) γος, καθαρμούς τε ¹¹⁾ ἐπετέλει, καὶ λοιμούς
 ἀπεδίωκε καὶ ἀνέμους ἀπὸ τῶν εἰς τοῦτο ἀξι-
 92) ουσῶν πόλεων βοηθὸν αὐτὸν γενέσθαι. Λα-
 κειδαίμονα γοῦν παρειλήφαμεν μετὰ τὸν ὑπ'
 ἐκείνου γενόμενον ἐν αὐτῇ ¹²⁾ καθαρμὸν μηκ-
 ἐτι λοιμῶσαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ
 παθήματι περιπεσοῦσαν διὰ τὴν ¹³⁾ δυστραπε-
 λίαν τοῦ τόπου, καθ' ὃν ὥκισται, τῶν Ταυ-
 γέτων ὁρῶν πνῆγος' ἀξιόλογον αὐτῇ παρεχόν-
 των, ¹⁴⁾ διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι· καὶ Κρήτης

9) οἷόν τόν] Confer Nostrum infra Num. 136. 140. et 141. Kust. Pro ἄλην est in Ciz. ἄλλην, quod Reinesius mutavit in ἄλην, et explicat πλάνην, peregrinationem. Scaliger, ἄλην. Kiess.

10) ἐποχούμενος γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ ἄβατα διέβ.] Antea legebatur, κατὰ τὰ ἄβατα διαβαίνων, pro quo Kusterus volebat, vel, ἐποχ. γὰρ αὐτῷ, καὶ τὰ ἄβατα διαβ., vel, ἐποχ. γὰρ αὐτῷ τὰ ἄβατα διέβαινεν. In Ciz. est κατὰ ἄβατα διέβαινεν. Imperfectum etiam in margine cod. Spanhem. notatum est. Ergo hinc et ex loci ipsius ratione intelligitur, eum sic scribendum esse, ut a me scriptus est. Participium προσβαλὼν, quod Obrechtus vertit *praeterea*, potius significare videtur, ubi aliquo appulerat, pervenerat. Kiess.

11) ἐπετέλει] Ciz. ἐτέλει. Verba βοηθὸν αὐτὸν γενέσθαι temere Scaliger delet. Kiess.

maxime veneranda deprehendebat, tum propter indicia ipsi sacerdoti iam antea explorata. hinc telum Pythagorae reddidit, quod iter ingressurus e templo sumserat, ut eo ad superandas in tam longa peregrinatione itineris difficultates vteretur. Vehabatur enim illo per invia quaeque, qualia sunt flumina, lacus, paludes, montes et alia id genus: ac praeterea eodem, ut aiunt, lustrationes quoque peragebat, pestemque depellebat, atque arcebat ventos ab urbibus, quae opem eius implorauerant. Lacedaemonem certe accepimus ab eo lustratam nunquam deinceps peste laborasse, quum antea saepius id malum incubuisset propter incommodum situm loci, in quo urbs erat condita, montibus quippe Taygeti, qui ei imminent, vehementem aestum immittentibus: item Cnossum

12) καθαρμόν] Sic recte MS. pro corrupto καθαρένῃ, quod prior Edit. habet. Et paulo post, καὶ ὃν ᾤμισται, iidem auctoritate MS. rescripsi, pro καὶ ὃν ᾤμισται. *Iust.* Antea Ciz. cum Arc. αὐτῇ sine ἐν. *Kiess.*

13) δυστραπέλιαν] Ciz. δυστραπελίαν. *Kiess.*

14) διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι καὶ Κρήτης Κνωσσόν.] Est locus obscurus: quem Obrechtus, ut ex versione eius patet, sic legit et distinxit, διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι καὶ περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ Κνωσσού. Sed nos verba illa, διὰ τὴν δυστραπέλιαν τοῦ τόπου, καὶ ὃν ᾤμισται, τῶν Ταυγέτων ὄρων πνίγος ἀξιόλογον αὐτῇ παριχόντων, διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι, parenthesi includenda censemus; et deinde ea, quae sequuntur, sic scribimus, ὥς καὶ ἐν Κρήτῃ Κνωσσόν. Sic sensus erit clarus: Lacedaemonem nem-

Κνωσσόν. καὶ ἄλλα τοιαῦτα ¹⁵⁾ τέχνη ἱστορεῖται τῆς τοῦ Ἀβάριδος δυνάμεως. δεξάμενος δὲ Πυθαγόρας τὸν οἰστόν, καὶ μὴ ξενισθὲς ¹⁶⁾ πρὸς τοῦτο, μηδὲ τὴν αἰτίαν ἐπερωτήσας, δι' ἣν ἐπέδωκεν, ¹⁷⁾ ἀλλ' ὡς ἂν ὄντως ὁ θεὸς αὐτὸς ὦν, ἰδίᾳ καὶ αὐτὸς ἀποσπᾶσας τὸν Ἀβαριν τὸν τε μηρὸν τὸν ἑαυτοῦ ἐπέδειξε χρύσειον, γινώρισμα παρέχων τοῦ μὴ διεψεῦσθαι· καὶ τὰ κατ' ἑκάστον τῶν ἐν τῷ ἱερῷ κειμένων ἐξαριθμησάμενος αὐτῷ, καὶ πίστιν ἱκανὴν παρασχών, ὡς οὐκ εἴη κακῶς εἰκάσας· προσθεῖς τε, ὅτι ἐπὶ θεραπείᾳ καὶ εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἦκοι, καὶ ¹⁸⁾ διὰ τοῦτο ἀνθρωπόμορφος, ἵνα μὴ ξενιζόμενοι ¹⁹⁾ πρὸς τὸ ὑπερέχον ταράσ-

pe, postquam ab Abaride lustrata fuerit, a pestilentia liberatam fuisse; vti et Cnossum, urbem Cretae. Confer cum hoc loco Nostrum infra num. 141. Kust. Cd. Ciz. recte post ὑπερκίῶσθαι interpungit. Neque vero est, quod cum Kustero scribas ὡς καὶ ἐν Κρήτῃ Κνωσσόν: nam Κρήτης Κνωσσόν idem prorsus valet. Quemadmodum autem Obrechtus, cuius interpretationem mutaninius, haec male cum sequentibus coniunxerat: ita Kusterus locum recte intellexit. De Spartae situ Strabo lib. VIII. Tom. III. p. 178. ed. Tzsch. ὑποπέπτως δὲ τῷ Ταῦγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ. De Taygeti altitudine vid. Siebelis. ad Hollen. ab ipso edit. p. 291. Kiess.

¹⁵⁾ τέχνη] Est vox corrupta: pro qua Arcerius legendum censuit τεχνήματα, Obrechtus ἔχνη: at Nos potius σιχνῶ, i. e. multa; amicissimo et pederudito Hemsterhuysio, nupero Pollucis Editore, eam Nobis coniecturam suggerente. Deinde scribimus, ἱστοροῦντες περὶ τῆς τοῦ Ἀβάριδος δυνάμεως. Kust. Reinesius adscripsit: τεχνήματα vel τεκμήρια. Posterius praesplacet.

Cretae urbem. Etiam alia similia potentiae Abaridis vestigia memorantur. Pythagoras autem, accepto telo, minime rei insolentia commotus, nec causam, ob quam sibi daretur, percontatus est, sed tanquam qui revera deus ille foret, Abaridi seorsum ab arbitris abducto aureum suum femur ostendit, ut argumento esset, neutiquam illum animi falsum fuisse: quin et enumeratis singulatim quae in templo reposita erant, fidem illi fecit, quod non male Apollini ipsum assimilasset. Adiecit insuper, se ad curandos demerendosque mortales aduenisse, ac propterea etiam formam hominis induisse, ne supereminenti maiestate velut re nova

Quo admissio, ne *περί* quidem post *ιστορεῖται* addendum est. *Τέχνη* etiam Ciz. Kiess.

16) *πρὸς τοῦτο*] Ciz. *πρὸ τοῦτο*. Polybius dicit *ἐνέχουσαι τι, τί, διὰ τι, ἐπὶ τι, κατὰ τι*. Hoc loco et paulo post est *ἐνέχουσαι πρὸς τι*, ut latine stupere ad rem. Kiess.

17) *ἀλλ' ὥς*] Sic recte Ciz. pro *ἄλλως*: de quo Kusterus: *divide et scribe, ἀλλ' ὥς*. Kiess.

18) *καὶ διὰ τοῦτο ἀνθρωπόμορφος*] Vide quae notavimus supra Num. 10. ad verba illa, *ὥς δὲ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ*. Kust.

19) *πρὸς τὸ ὑπερέχον ταράσσονται*] In prior Edit. pessime legitur, *πρὸς τὸν ὑπερέχοντα ῥάσσονται*. Nos hic sequuti sumus auctoritatem codicis nostri MS. Kust. Pro *παρ' αὐτοῦ*, quod sequitur, Ciz. cum Arc. *παρ' αὐτῶν*, quod non aspernandum. Kiess.

σονται, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ μάθησιν ἀποφεύ-
 γωσιν· ἐκέλευσέ τε μένειν αὐτοῦ καὶ ²⁰⁾ συν-
 διορθοῦν τοὺς ἐντυγχάνοντας· τὸν δὲ χρυσόν,
 ὃν συνήγειρε, κοινῶσαι τοῖς ἐπιτηδεύουσιν, ὅσοι-
 περ ἐτύγχανον οὕτως ὑπὸ τοῦ λόγου ἡγμένοι,
 ὥστε ²¹⁾ βεβαιῶσαι τὸ δόγμα τὸ λέγον, κοινὰ
 95 τὰ φίλων, δι' ἔργου. Οὕτω δὲ καταμείναντι
 αὐτῷ, ²²⁾ ὃ νῦν δὲ ἐλέγομεν, φυσιολογίαν τε
 καὶ θεολογίαν ἐπιτετμημένην παρέδωκε· καὶ
 ἀντὶ τῆς ²³⁾ διὰ θυσιῶν ἱεροσκοπίας τὴν διὰ
 τῶν ἀριθμῶν πρόγνωσιν παρέδωκεν, ἡγούμενος
 ταύτην ²⁴⁾ καθαρωτέραν εἶναι καὶ θειοτέραν
 καὶ τοῖς οὐρανίοις τῶν θεῶν ἀριθμοῖς οἰκει-
 οτέραν. ἄλλα τε τὰ ἀρμόζοντα τῷ Ἀβάριδι
 παρέδωκεν ἐπιτηδεύματα. ²⁵⁾ ἀλλ' οὐδὲ ἔνεκα
 (79) ὁ παρῶν λόγος, ἐπ' ἐκεῖνο πάλιν ἐπανέλθωμεν,
 ὥς ἄρα ἄλλους ἄλλως, ὥς ἔχει ἕκαστος φύ-
 σεως καὶ δυνάμεως, ἐπανορθοῦν ἐπειράτο.
 πάντα μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα οὔτε παρεδόθη
 εἰς τοὺς ἀνθρώπους, οὔτε τὰ μνημονευόμενα
 ῥάδιον διελθεῖν.

20) συνδιορθοῦν τοὺς] Ciz. συνδιορθοῦντας. Paulo post pro ὑπὸ τοῦ λόγου Scalig. ὑπ' αὐτοῦ λόγου. Kiess.

21) βεβαιῶσαι] Antea male, βεβαίους. Kust. In Ciz. βεβαίως. Kiess.

22) ὃ νῦν δὲ ἐλέγομεν] Ita Ciz., quemadmodum pro corrupto ὃ νῦν διελέγομεν scribendum esse iam Kust. monuit. Kiess.

23) διὰ θυσιῶν] Ita Arc. et Kust. In Ciz. διὰ τῶν θυσιῶν, quod propter sequens τῶν ἀριθμῶν praeferendum videtur. Kiess.

turbati disciplinam suam defugerent. Hortatus porro est, vt illic loci maneret, et emendandis, qui se ipsis oblaturi erant, sociam sibi operam praestaret; aurum vero, quod collegerat, communicaret cum familiaribus; qui verbo sic instituti erant, vt dogma illud, *amicorum omnia communia*, ipsa re confirmarent. Quum itaque apud ipsum maneret, vt modo dictum est, physicam et theologiam in compendium redactas illi tradidit, et loco extispicii, quod per sacrificia fieri solet, diuinationem per numeros docuit, puriorem hanc et diuiniorem et coelestibus deorum numeris accommodatiorem ratus. Sed et alia studia Abaridi conuenientia cum eo communicauit. Verum vt ad id, cuius gratia hic sermo institutus est, redeamus, quemadmodum alios aliter, pro cuiusque indole et viribus, informare conatus sit, cuncta quidem, quae huc pertinent, neque ad hominum notitiam peruenerunt, neque quae memorantur, facile percenseri possunt.

24) *καθαρωτέραν*] Sic rescripsi auctoritate codicis MS. pro *καθαρωτέραν*: quae est vox nihili. Kust. Scaliger, *υφαυτέραν* vel *ήφαυτέραν*. Deinceps Ciz. *Αβυρίδι*. Kiess.

25) *ἀλλ' οὐ δὴ ἕνεκα ὁ παρ.*] Sic recte MS. pro *ἀλλ' οὐ δὲ ἕνεκα παρὸν λόγος*: quem locum vt desperatum et mutilum asterisco notauit Arcerius. Desider. Heralduus quoque *Animaduers.* in Iamblich. cap. VII.

K E Φ. κ'.

- 94 *) Ὀλίγα δὲ καὶ ') τὰ γνωριμώτατα διέλ-
θωμεν δείγματα τῆς Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς,
καὶ ὑπομνήματα τῶν ὑπαρχόντων τοῖς ἀνδρά-
σιν ἐκείνοις ἐπιτηδευμάτων. Πρῶτον μὲν οὖν
ἐν τῷ λαμβάνειν τὴν διάπειραν ²⁾ ἐσκόπει, εἰ
δύνανται ἐχεμυθεῖν (τούτῳ γὰρ δὴ καὶ ἐχρήτο
τῷ ὀνόματι), καὶ καθιέρωρα, εἰ μανθάνοντες,
ὅσα ἂν ἀκούσωσιν, οἷοί τε εἰσὶ σιωπῆν καὶ δια-
φυλάττειν· ἔπειτα, εἴ εἰσιν αἰδήμονες. ἐποι-

loco huic quaedam deesse existimans, eum sic sup-
plere tentavit, ἀλλ' ἐπὶ οὐ τούτων ἕνεκα δ' παρὼν λόγος.
Sed merito praeferenda sunt ea, quae ex codice MS.
substituimus. *Kust.* Pro ἄλλως in Ciz. est ἄλλον.
Kiess.

- *) In grauiissimis omnium, quotquot in Iamblichō ex-
stant, locis numerandus est is, qui capp. XX. XXI.
XXII. continetur: quem vnus esse auctoris et scri-
bendi genus et argumenti cohaerentia arguunt. Inest
in oratione ingenua simplicitas, absunt vocabula mon-
strōsa, quibus recentiores Platonici et Pythagorei fa-
cile se indicant; res ipsae, quas scriptores, qui post
Christum vixerunt, ad vnum omnes longe vltra vo-
rum augent et exornant, ad fidem hic nullisque fa-
bulis admixtis traduntur. Quae momenta neminem,
qui graece sit doctus et in auctoribus, qui res Py-
thagoreorum narrarunt, aliquantum versatus, dubitare
sinunt, quin memorabile hoc fragmentum auctorem
habeat, qui ea aetate vixerit, qua graeca lingua non-
dum esset corrupta, et maxima pars eorum, quae
postera aetas de Pythagora eiusque discipulis com-
menta est, nondum ficta aut diuulgata. Omnis ora-
tionis examen diligentius institutum et comparatio
rerum hic enarratarum cum iis, quas qui primi re-
tulerint, ex aliis scriptoribus constat, *Aristoxenum*
esse auctorem demonstrant.

C A P. XX.

Sed pauca tamen quaedam eaque celeberrima institutionis Pythagoricae specimina, studiorumque, quae viris illis propria erant, monumenta percurramus. Primum igitur inter explorandum observabat Pythagoras, an capaces essent *echemythiae*: hoc enim nomine utebatur: id est, an ea, quae audiverant, quaeque didicerant, possent apud se custodire et silentio premere: deinde, an

Aristoxenum, Aristotele magistro discipulum dignum, dicunt cum Aristotele et contra Heraclidem aliosque vanos auctores affirmasse, antiquissimos Pythagoreos non ab omnibus se carnibus abstinuisse, sed tum ipsos carnes comedisse, tum diis animalia immolasse. Atqui haec sententia, propria illa Aristotelis et Aristoxeni, in hoc fragmento sect. 98. repetitur; quod, quum oratio, puritate quidem et generositate conspicua, ab Aristotele tamen recedat, Aristoxeno potius, quam Aristoteli tribuendum est. Ita Meiners. p. 278. sq. [Idem vir doctus hoc fragmento, quod rerum narratarum probabilitate orationisque praestantia similibus in Iamblichio et Porphyrio locis excellere appareat, in sua de philosophia Pythagorica commentatione ita usus est, ut ei tanquam fundamento omnia, quae de ratione sodalitii Pythagorici disputavit, superstrueret. *Kiess.*]

1) τὰ γινωσκόμενα] In Ciz. deest artic. τὰ: item deest paulo post ἀγωγῆς. *Kiess.*

2) ἐσκόπει] In marg. Cod. Spanh. notatur ἀνέσχομαι, i. e. diligenter observabat: quam lectionem, quum syllaba ἀν syllaba praecedenti absorberi potuerit, praeferebam, nisi inferius iterum ἐσκόπει legeretur, atque genus corruptionis contrarium, quo per negligentiam eadem syllaba male repetita est, aequo saepe occurreret. *Kiess.*

εἰτό τε πλείονα σπουδὴν τοῦ σιωπᾶν, ἢ περ τοῦ
 λαλεῖν. ἐσκόπει δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, μὴ
 ἄρα περὶ πάθος ἢ ἐπιθυμίαν ³⁾ ἀκρατήσεως
 ἐπτόνται, οὐ παρέργως τὰ τοιαῦτα ἀεὶ ἐπι-
 βλέπων, οἷον, πῶς πρὸς ὀργὴν ἔχουσιν, ἢ πρὸς
 ἐπιθυμίαν, ἢ εἰ φιλόνηκοί εἰσιν, ἢ φιλότιμοι,
 ἢ πῶς πρὸς φιλονεικίαν ἔχουσιν ἢ πρὸς φιλίαν.
 (80) εἰ δὲ πάντα ἀκριβῶς αὐτῷ ⁴⁾ ἐπιβλέποντι
 ἐξηρτυμένοι ἐφαίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς ἡθεσι,
 τότε περὶ εὐμαθίας καὶ μνήμης ἐσκόπει· πρῶ-
 τον μὲν, εἰ δύνανται ταχέως καὶ σαφῶς παρα-
 κολουθεῖν τοῖς λεγομένοις· ἔπειτα, εἰ παρέ-
 πεταί τις ⁵⁾ αὐτοῖς ἀγάπησις καὶ σωφροσύνη
 95 πρὸς τὰ διδασκόμενα. ἐπεσκόπει γάρ, πῶς
 ἔχουσι φύσει πρὸς ἡμέρωσιν. ἐκάλει δὲ τοῦτο
⁶⁾ κατάρτυσιν. πολέμιον δὲ ἡγεῖτο τὴν ἀγριό-
 τητα πρὸς τοιαύτην διαγωγὴν· ἀκολουθεῖν γὰρ
⁷⁾ ἀγριότητι ἀναίδειαν, ἀναισχυντίαν, ἀκολα-

3) ἀκρατήσεως] Legendum potius, ἀκράτητον. Nam ἐπιθυμία ἀκράτητος apud Graecos dicitur cupiditas nimia vel immoderata. Kust. Equidem malim ἀκρατήτως, ut eodem modo a librariis hic peccatum esse putetur, quo sect. 14. et 265. ubi ἐξαιρέτως depravatam fuit in ἐξ αἰρέσεως. — In Ciz. est κρατήσεως. — De vocabulo πτοῦσθαι vid. Fischeri notam ad Platon. Phaedon. p. 284. repetitam ab Heindorfio p. 55. et Schaeferi ad Dionysium Hal. de Comp. verb. p. 10. Kiess.

4) ἐπιβλέποντι ἐξηρτυμένοι ἐφαίνοντο] Sic rescripsi pro ἐπιβλέποντες ἐξηρτημένοι: quod prior Edit. nullo sensu habet. Ἐξηρτυμένοι autem est praediti, adornati, instructi: vnde ἐξάρτισις; qua voce Noster utitur supra, Num. 64. Kust. In Ciz. est ἐπιβλέποντος ἐξηρτημένοι. Kiess.

essent modesti; maiorem quippe tacendi, quam loquendi curam agebat. Considerabat etiam quaevis alia: num scilicet affectui vehementiori et cupiditati succumberent: neque obiter trans mittebat, quales in ira, quales in cupiditatibus se exhiberent, an contentiosi, an ambitiosi essent; vtrum ad dissensionem potius, an ad amicitiam propenderent. Si iam ipsi omnia perscrutanti satis instructi a bonis moribus viderentur, tum porro in docilitatem et memoriam inquirebat: initio quidem, an promte et perspicue assequerentur, quae dicta erant: deinde, quo amore, quaeue moderatione tradita complecterentur. aduertebat enim, an natura tractabiles essent: et hanc tractabilitatem *catartysin*, id est, morum concinnitatem appellabat. Inimicam vero huiusmodi suae institutioni arbitrabatur ferociam: sequi enim inde rusticitatem, inuerecundiam, impudentiam, proteruiam, igna-

5) αὐτοῖς] Deest in Ciz: *Kiess.*

6) κατάρτυσιν] In Ciz. κατάρτησιν. Ibidem deinceps verba, πρὸς τοιαύτην διαγωγὴν. ἀκολουθεῖν γὰρ ἀγριότητι, omissa sunt. *Kiess.*

7) ἀγριότητι] Antea male, ἀγριότητα. Vult enim Iamblichus dicere, feritatis consequens esse inuerecundiam, etc. Sic paulo post πρῶότητι et ἡμερότητι itidem sensu exigente rescripsi pro πρῶότητα et ἡμερότητα. *Kust.* Hos accusatiuos cunctos etiam Ciz. habet. *Kiess.*

σίαν, ⁸⁾ ἀκυρίαν, δυσμάθειαν, ἀναρχίαν, ἀτιμίαν καὶ τὰ ἀκόλουθα· προότῃ δὲ καὶ ἡμερότῃ τὰ ἐναντία. ἐν μὲν οὖν τῇ διαπείρᾳ τοιαῦτα ⁹⁾ ἐπεσκόπει, καὶ πρὸς ταῦτα ἤσκει τοὺς μανθάνοντας· τοὺς τε ἀρμόζοντας τοῖς ἀγαθοῖς τῆς παρ' ἑαυτῷ σοφίας ἐνέκρινε, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀνάγειν ἐπειρᾶτο. εἰ δὲ ἀνάρμοστον κατίδοι τινά, ὥσπερ ἀλλόφυλόν τινα καὶ ὀθνεῖον ἀπήλαυνε.

K E Φ. κα.

¹⁾ Περὶ δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἃ παρέδωκε δι' ὅλης ἡμέρας ²⁾ τοῖς ἐταίροις, μετὰ (81) τοῦτο φράσω. κατὰ γὰρ τὴν ὑφήγησιν αὐτοῦ 96 ὥδε ἔπρασσον οἱ ὑπ' αὐτοῦ ὀδηγούμενοι. Τοὺς μὲν ἐωθινούς περιπάτους ἐποιοῦντο οἱ ἄνδρες οὗτοι καταμόνας τε καὶ εἰς τοιούτους τόπους, ἐν οἷς συνέβαινεν ἡρεμίαν τε καὶ ἡσυχίαν εἶναι σύμμετρον, ὅπου τε ἱερά, καὶ ἄλση, καὶ ἄλλη τις θυμηδία. ὦντο γὰρ δεῖν μὴ πρότερόν τι συντυγχάνειν, πρὶν ἢ τὴν ἰδίαν ψυχὴν καταστήσουσι καὶ συναρμόζονται τὴν διάνοιαν. ³⁾ ἀρμόδιον δὲ εἶναι τῇ καταστάσει

8) ἀκυρίαν] Quid hoc? Forte Iamblichus scripserat, ἀκράτειαν. Obrechtus vertit *ignaviam*; qui proinde ἀργίαν legisse videtur. Kust. Mihi dubium non est, quin scribendum sit ἀκυρίαν. Quantum enim τῷ πυθαγόρῃ Pythagorei tribuerint, et aliunde constat, et docet sect. 181. Kiess.

9) ἐπεσκόπει] Ciz. ἐπεσκόπων. Kiess.

1) Περὶ δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων] Hic in cod. Ciz. novi capituli est initium, idque recte; nam auctor novum

viam, discendi fugam, imperii detrectationem, famae neglectum, et similia: placidos vero mores et tractabilitatem contrarium comitatum habere. Atque haec in probatione discipulorum spectabat, hucque ducebant prima eorundem exercitamenta: siquidem aptos admittebat ad sapientiae suae thesauros, eosque ad scientias prouehere allaborabat: sin vero ineptum quempiam deprehenderet, vt alienum et extraneum procul arcebat.

C A P. XXI.

Hisce ita praemissis, de studiis agere lubet, quae toto die a familiaribus suis tractari voluit. Plane enim iuxta praescriptum eius viuebant, qui illum ducem sequerentur. Et matutinas quidem ambulationes isti viri peragebant soli in huiusmodi locis, vbi quies et congruum silentium, vbi templa, luci, et alia animis remittendis apta erant. Non enim cum quoquam conuersandum existimabant, antequam ipsi animum suum bene constitutum recteque compositum haberent: eo autem inprimis conducere soli-

argumentum aggreditur. In cdd. Arc. et Kust. cap. XX. continuatur vsque ad sect. 97. *Kiess.*

2) τοῖς ἐταίροις] Ciz. τοῖς ἐτέροις. Idem deinceps ἑπαιτοῦ. *Kiess.*

3) ὁμόδιον] Ciz. ὁμόδιον, et paulo post ἐπιλήφθαι. *Kiess.*

τῆς διανοίας τὴν τοιαύτην ἰσχυρίαν. τὸ γὰρ
 εὐθὺς ἀναστάντας εἰς τοὺς ὄχλους ὠθειῖσθαι,
 θορυβῶδες ὑπειλίφεισαν. διὸ δὴ πάντες οἱ
 Πυθαγόρειοι τοὺς ἱεροπρεπεστάτους τόπους ἀεὶ
 ἐξελέγοντο. μετὰ δὲ τὸν ἐωθινὸν περίπατον
 τότε πρὸς ἀλλήλους ἐτύγγανον, μάλιστα μὲν
 ἐν ἱεροῖς, εἰ δὲ μή γε, ἐν ὁμοίοις τόποις
 ἐχρῶντο δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ πρὸς τε διδασκα-
 λίας καὶ μαθήσεις καὶ πρὸς τὴν τῶν ἡθῶν
 97 ἐπανόρθωσιν. Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην διατρι-
 βὴν ἐπὶ τὴν τῶν σωματίων ἐτρέποντο θεραπείαν.
 ἐχρῶντο δὲ 4) ἀλείμμασί τε καὶ δρόμοις οἱ
 πλείστοι· ἐλάττωτες καὶ πάλαις ἐν τε κήποις
 (82) καὶ ἐν ἄλσεσι· οἱ δὲ καὶ 5) ἀρτηροβολίᾳ, ἢ
 χειρονομίᾳ, πρὸς τὰς τῶν σωματίων ἰσχυρὰς τὰ
 εὐθετα ἐπιτηδεύοντες ἐκλέγεσθαι γυμνάσια
 6) ἀρίστῳ δὲ ἐχρῶντο ἄρτῳ καὶ μέλιτι ἢ κη-
 ρίῳ· οἴνου δὲ μεθ' ἡμέραν οὐ μετείχον. τὸν δὲ
 μετὰ τὸ ἄριστον χρόνον περὶ τὰς πολιτικὰς
 οἰκονομίας κατεγίνοντο, περὶ τε τὰς ἐξωτικὰς
 καὶ τὰς ξενικὰς διὰ τὴν τῶν νόμων πρόστα-
 ξιν. πάντα γὰρ ἐν ταῖς μετ' ἄριστον ὥραις
 ἐβούλοντο διοικεῖν. δείλης δὲ 7) γενομένης εἰς
 τοὺς περιπάτους πάλιν ὁρμᾶν· 8) οὐχ ὁμοίως

4) ἀλείμμασί] Ciz. ἀλείμασι. Kiess.

5) ἀρτηροβολίᾳ] Arcerius et Obrechtus haud male le-
 gendum censent, ἀλτηροβολίᾳ, i. e. halterum iactu.
 Quid autem sint halteres, docent lexica vulgata.
 Quidam tamen ἀλτήρης etiam ἀρτήρης dictos fuisse pu-
 tant: idque si sequamur, nihil mutandum erit. Kiess.

tudinem: nam statim a lecto surgentes in turbam prorumpere, turbulentum esse censebant. Quapropter omnes Pythagorei sibi loca sacris rebus quam maxime opportuna seligebant. A matutina deambulatione congressus inter se instituebant, inprimis in templis, vel, si id non daretur, in locis similibus: tempus autem istud docendo, discendo, moribusque excolendis consumebant. Ab huiusmodi scholis deinde ad corpora curanda se conuertebant. Plerique vnctione et cursu utebantur; pauciores lucta in hortis et nemoribus: quidam etiam halterum iactu aut saltatione cum manuum gesticulatione, studioseque eligebant exercitia corporis vires roboratura. In prandio panis erat, et mel aut fauus; vinum vero interdiu non gustabant: a prandio ciuilia tractabant negotia, tam peregrinos, quam hospites concernentia, eo quod leges ita fieri iuberent: omnia enim id genus pomeridianis horis procurabant. Circa vesperam iterum ibant deambulatum: non tamen sin-

Vid. Stephan. thes. in Indice. — In Ciz. ἀρτηροβόλοι. Kiess.

6) ἀρίστον] Arcerius, *optimo*. Sed Obrechtus recte, *prandio*. Conter Porphyꝝ. Num. 34. et Menag. ad Laert. lib. VIII. Num. 19. Kust.

7) γενομένης] In ed. Ciz. vt in edit. Arc. γενομένης. Kiess.

8) οὐχ ὁμοίως] Οὐχ ὁμῶς, lege. Kust. Non opus est

- κατ' ἰδίαν, ὥσπερ ἐν τῷ ἐωθινῷ περιπάτῳ, ἀλλὰ σύνδυο καὶ σύντρεις ποιῶνται τὸν περίπατον, 9) ἀναμιμνησκομένους τὰ μαθήματα καὶ ἐγγυμναζομένους τοῖς καλοῖς ἐπιτηδεύμασι.
- 98 Μετὰ δὲ τὸν περίπατον λουτρῷ χρῆσθαι, λουσαμένους τε ἐπὶ τὰ ¹⁰⁾ συσσίτια ἀπαντῶν. ταῦτα δὲ εἶναι μὴ πλεῖον ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχῆσθαι. ἀθροισθέντων δὲ τῶν συσσιτούντων γίνεσθαι σπονδὰς τε καὶ ¹¹⁾ θυσίας θυνη-
- (83) μάτων τε καὶ λιβανωτοῦ. ἔπειτα ἐπὶ τὸ δεῖπνον χωρεῖν, ὡς πρὸ ἡλίου δύσεως ἀποδεδειπνηκέναι. χρῆσθαι δὲ ¹²⁾ καὶ οἶνῳ καὶ μᾶζῃ καὶ ἄρτῳ καὶ ὄψῳ καὶ λαχάνοις ἐφθοῖς τε καὶ ὠμοῖς. παρατίθεσθαι δὲ ¹³⁾ κρέα ζώων θυσίμων

hac mutatione. Deinceps Ciz. συνδυο καὶ συντρεῖς. Kiess.

9) ἀναμιμνησκομένους] Constructionis ratio requirit, ut scribatur casu recto, ἀναμιμνησκομένοι et ἐγγυμναζόμενοι. Refertur enim ad praecedens ἐβούλοντο. Kust. Malim statimere, Iamblichum vel Aristoxenum negligentius orationem ita continuare, quasi praecesserit φασί, vel simile verbum, unde etiam infinitivus δρᾶν pendet. Si cum Kustero accusativus hic reposueris, etiam deinceps λουσαμένους mutandum erit. Kiess.

10) συσσίτια] Ex MS. pro σιτία, quod prior Edit. habet. Deinde scribo, ταῦτα δὲ ἔχειν μὴ πλεῖον, ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχουμένους: auctoritate Eustathii, qui locum hunc Iamblichi sic citat ad II. β. p. 190. Edit. Rom. Ait enim: Ἰστορεῖ γοῦν καὶ ὁ σοφώτατος Ἰάμβλιχος, τὰ Πυθαγορικὰ συσσίτια μὴ ἔχειν πλεῖον ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχουμένους. Kust. Violentior est Kusteri mutatio, cui non satis praesidii paraueris ex Eustathio, loci Iamblichei sententiam, non verba referentē. Una litera addita locus sic restituendus vi-

guli seorsim, sicuti mane solebant; sed bini terniue, in memoriam sibi mutuo reuocantes, quae didicerant, et in praeclaris se studiis exercentes. Ambulatione defuncti ad balnea se conferebant, lotique inibant conuiuia, quae intra decem conuiuas terminabantur. Hisce congregatis libatio et sacrificia suffimentis et thure celebrabantur: hinc ad coenam ibant: cui ante solis occasum finis imponebatur. Sumebant vero et vinum, et mazam, et panem, et opsonium, et cruda pariter coctaque olera. Apponebatur iis etiam caro de animalibus, quae immolare

detur: ταῦτα δ' εἶναι μὴ πλεόν, κ. τ. λ. in his σπονδαῖς non amplius decem homines licere una conuiuari. — In Ciz. σπονδία. De σπονδαῖς Reines. citat Coel. Rhod. lib. 28. c. 8. Kiess.

11) θυσίας θυημάτων] Malim θυσίας διὰ θυημάτων. Confer Porphy. Num. 36. Kust. Ciz. cum Arcerio λιβανοῦ. Kiess.

12) καὶ οἶνον] Paulo superius dixit Iamblichus, οἶνον δὲ μετ' ἡμέραν οὐ μετέχον: qui locus limitat ea, quae generalius a Iamblichio hic dicuntur. Infra tamen, Num. 107. Noster diserte affirmat, Pythagoreos vino prorsus abstinuisse, μήτε οἶνον, inquit, ὅλως πίνειν. Sed loquitur ibi Iamblichus de Pythagoreis rigidioribus et perfectioribus; ad quos praeceptum hoc tantum pertinebat. Kust.

13) κρέα ζώων θυσίμων ἱερείων] Vel vox ζώων est delenda, vel scribendum, κρέας ζώων θυσίμων ἢ ἱερείων. Nam ἱερεῖων idem est, quod ζώων θυσίμων, i. e. hostia vel victima. Interdum tamen vox ἱερείων latiori significatione sumitur pro quantis pecude vel animali, cuius carnibus vescimur: ut suo more erudite ostendit Ca-

ἱερείων· ¹⁴⁾ τῶν δὲ θαλασσίων ὄψων σπανίως
 χρῆσθαι. εἶναι γάρ τινα αὐτῶν δι' αἰτίας τινὰς
 οὐ χρήσιμα πρὸς τὸ χρῆσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ
¹⁵⁾ ζῶον, ὃ μὴ πέφυκε βλαβερὸν τῷ ἄνθρω-
 πῶ γενεῖ, μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν.
 99 Μετὰ δὲ τούδε τὸ δεῖπνον ἐγίνοντο σπονδαί,
 ἔπειτα ¹⁶⁾ ἀναγνώσεις. ἔθος δὲ ἦν, τὸν μὲν
 νεώτατον ἀναγινώσκειν, τὸν δὲ πρεσβύτατον
 ἐπιστατεῖν, ὃ δεῖ ἀναγινώσκειν, καὶ πῶς δεῖ.
 ἐπεὶ δὲ ¹⁷⁾ μέλλοιεν ἀπιέναι, σπονδὴν αὐτοῖς
 (84) ἐνέχει ὁ οἰνοχόος· σπεισάντων δέ, ὃ πρεσβύ-
 τατος παρήγγελλε τάδε· ¹⁸⁾ ἡμερον φυτὸν καὶ
 100 ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν. Ἔτι
 πρὸς τούτοις περὶ τε τοῦ θείου καὶ περὶ τοῦ
 δαιμονίου καὶ περὶ ἡρωϊκοῦ γένους εὐφημόν

saubonus *Animaduers.* in Athen. lib. I. cap. XI. Hoc
 sensu certe capitur apud Porphyrr. Num. 34. vbi de
 victu Pythagoreorum agens inquit, σπανίως δὲ κρέας
 ἱερείων θυσίμων. Nisi enim vocem illam ibi sic ca-
 pias, τὸ θυσίμων erit prorsus superuacaneum. Hinc
 autem apparet, et apud Iamblichum hoc loco recte
 legi posse θυσίμων ἱερείων, dum modo, vt diximus,
 vox ζῶων deletur. Caeterum, quare Pythagorei solis
 animalibus θυσίμοις vescendum esse praeciperent, ratio
 haec erat, quod in ea sola animam hominis non in-
 gredi statuerent: vt Noster docet supra, Num. 85.
Kust. In Ciz. est θυσίων. *Kiess.*

14) τῶν δὲ θαλασσίων ὄψων σπ. χρ.] Si τὸ χρῆσθαι
 deleas, ferri possunt hi genitiui, vtpote qui regantur
 a praecedenti κρέα. Si retinere velis, absque dubio
 rescribendum est, τοῖς δὲ θαλασσίοις ὄψοις σπανίως χρ.
 Caeterum, quod ad rem ipsam attinet, conferendus
 est Menagius ad Laert. lib. VIII. Num. 34. *Kust.*
Koenius ad Gregor. Cor. p. 266. ed. Schaeff. mutato

fas erat: raro autem vescebantur opsonio a mari petito: quod id genus cibi propter certas causas vsui illis ad victum non esset. Similiter et animal, quod natura sua humano generi non sit noxium, non esse laedendum nec perdendum censebant. Post coenam iterum fiebat libatio; dein lectio sequebatur. Mos autem erat, vt natu minimus legeret, natu vero maximus praesideret, quidque, aut quomodo legendum esset, praeciperet. Abituris pincerna libamen infundebat; peractaque libatione senior haec edebat mandata: Plantam satiuam frugiferamque neque laedendam, neque corumpendam esse; similiter nullum ex animalibus, quod humano generi noxiūm non esset: praeterea de deo, de daemonibus et

ὄψων in ὄψῳ, vniusque vocolae transpositione locum ita sanandum censet: π. δὲ πρὸς θυσιῶν λεγέων· τῶν δὲ θαλασσιῶν ζῶων ὄψῳ σπανίως χρῆσθαι. Mihi videtur ζῶων glossema et delendum; deinceps pro τῶν δὲ θαλασσιῶν ὄψων legerim τῷ δὲ θαλασσίῳ ὄψῳ. Ita τὸ θαλάττιον ὄψων dixit Polyb. XXXIV, 8. 6. *Kiess.*

15) ζῶον, ὃ μὴ πέφυκε βλαβερόν τῷ ἀνθρ.] Ex Porphyrio, Num. 39. Vide etiam Laertium in Pythagora, Num. 23. *Kust.*

16) ἀναγνώσεις] Ita Arc. et Kust. At Ciz. et Par. e marg. Spanh. ἀνάγνωσις, quod adeo praeferendum. Item Ciz. deinceps ὡς δεῖ pro πῶς δεῖ. *Kiess.*

17) μέλλοιεν ἀπιέναι] Arc. μέλλοι ἀπ., Ciz. μέλλει ἀπιέναι. Idem παρήγγειλε pro παρήγγελλε. *Kiess.*

18) ἡμέρον φυτὸν καὶ ἔγκ.] Idem praeceptum tradant etiam Porphyrius et Laertius. *Kust.* Ciz. καρπὸν pro ἔγκαρπον. *Kiess.*

τε καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν. ὥσαύτως δὲ καὶ
 19) ἐπὶ γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι·
 νόμῳ τε βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν. τού-
 των δὲ ῥηθέντων ἀπιέναι ἑκαστον εἰς οἶκον.
 20) ἐσθῆτι δὲ χρῆσθαι λευκῇ καὶ καθαρᾷ·
 ὥσαύτως δὲ καὶ στρώμασι λευκοῖς τε καὶ κα-
 θαροῖς. εἶναι δὲ τὰ στρώματα 21) ἱμάτια λινᾷ.
 κωδίοις γὰρ οὐ χρῆσθαι. περὶ δὲ θήραν οὐ
 δοκιμάζειν καταγίνεσθαι, οὐδὲ χρῆσθαι τοι-
 οῦτω γυμνασίῳ. τὰ μὲν οὖν ἐφ' ἡμέρα ἐκάσθη
 τῷ πλήθει τῶν ἀνδρῶν παραδιδόμενα εἰς τε
 τροφὴν καὶ τὴν τοῦ βίου ἀναγωγὴν τοιαῦ-
 τα ἦν.

101

Κ Ε Φ. κβ.

Παραδίδονται δὲ καὶ ἄλλος τρόπος παιδεύ-
 σεως διὰ τῶν Πυθαγορικῶν 1) ἀποφάσεων, τῶν
 εἰς τὸν βίον καὶ τὰς ἀνθρωπίνους ὑπολήψεις
 διατεινουσῶν· 2) ἀφ' ὧν ὀλίγας ἐκ πολλῶν πα-

19) ἐπὶ γονέων] Ita Kust. In Ciz. et Arc. περὶ γονέων.
 Kiess.

20) ἐσθῆτι δὲ χρῆσθαι λευκῇ] Vide Menag. ad Laer-
 tium lib. VIII. Num. 19. et Schefferum de Philos. Ital.
 cap. XIV. pag. 150. itemque Nostrum infra, Num.
 149. vbi locus hic repetitur. Kust. Adde Meiners.
 p. 405. Kiess.

21) ἱμάτια λινᾷ] Ex MS. pro ἱματιλινά: quod prior
 Edit. habet. Infra vero, loco citato, legiur tantum
 λινᾷ absque ἱμάτια. Kust. In Ciz. λινᾷ pro λινᾷ, et
 θύραν pro θήραν. Kiess.

1) ἀποφάσεων, τῶν] Sic scripsi auctoritate cod. Ciz.
 Nam Kusterus et Arcerius ante τῶν addunt καί, quod
 locum hic habere non potest. Mahnius in libello

de heroibus religiose et bene sentiendum; eodemque modo erga parentes et bene meritos animatos esse debere: denique legi succurrendum, quodque legi aduersatur, debellandum esse. Ita moniti domum quisque suam discedebant. Caeterum vestem gestabant puram et candidam, similiaque stragula ex lino facta substernebant; stragulis vero laneis non utebantur. Venationibus non dabant operam, sed ab isto exercitationis genere penitus abstinebant. Haecque sunt, quantum ad victum vitaeque modum attinet, quae quotidie virorum istorum coetui inculcabantur.

C A P. XXII.

Traditus est et alius docendi modus per sententias Pythagoricas ad mores opinionisque hominum penitus pertinentes: quarum paucas ex multis apponere iuuabit.

saepius citato pag. 75. existimat, Iamblichum hic respicere opus Aristoxeni, cuius inscriptio vulgo sic exhibetur: *Τὰ Πυθαγορικά Ἀποφθέγματα*. Vetusiores tamen Stobaei editiones et libri quidam scripti huiusmodi prae se ferunt inscriptionem: *Ἐκ τῶν Ἀριστοξένου Πυθαγορικῶν ἀποφάσεων*. Vocabulum *ἀποφάσεις* notat enunciationem siue sententiam. *Kiess.*

- 2) ἀφ' ὧν ὀλίγας] Sic pro ὀλίγα, quod exstat in edd. Arc. et Kust., recte Cd. Ciz. refertur enim ad ἀποφάσεις. Praepositio ἀπό et hoc loco et in sect. 123. ἀπό δὲ τῶν etc. denotat partem, qui est vsus recentioris graecitatis, quem etiam in aliquot locis N. T. animaduertas. — Ciz. deinceps παραθήσωμαι, *Kiess.*

(85) ραθήςομαι. 3) παρήγγελλον γὰρ ἐκ φιλίας ἀληθινῆς ἐξαιρεῖν ἀγῶνά τε καὶ φιλονεικίαν, μάλιστα μὲν ἐκ πάσης, εἰ δυνατόν, εἰ δὲ μή, ἔκ γε τῆς πατρικῆς, καὶ καθόλου ἐκ τῆς 4) πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς εὐεργέτας. τὸ γὰρ διαγωνίζεσθαι ἢ διαφιλονεικεῖν πρὸς τοὺς τοιοῦτους ἐμπεσοῦσης ὀργῆς, ἢ ἄλλου τινὸς τοιοῦτου πιάθους, οὐ σωτήριον τῆς ὑπαρχούσης φιλίας. ἔφασαν δὲ δεῖν ὡς ἐλαχίστας ἀμυχὰς τε καὶ ἐλκῶσεις 5) ἐν ταῖς φιλίαις ἐγγίνεσθαι· τοῦτο δὲ γίνεσθαι, ἂν ἐπίστωνται εἶκειν καὶ κρατεῖν ὀργῆς, ἀμφοτέρωι μὲν, μᾶλλον δὲ ὁ νεώτερός τε καὶ τῶν εἰρημένων τάξεων ἔχων ἡνδίποτε. τὰς ἐπανορθώσεις τε καὶ νοουθετήσεις, 6) ἃς δὴ παιδαρτιάσεις ἐκάλουν ἐκεῖνοι, μετὰ πολλῆς εὐφημίας τε καὶ εὐλαβείας 7) ὥοντο δεῖν γίνεσθαι παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς νεωτέροις, καὶ πολὺ ἐμφαίνεσθαι ἐν τοῖς νοουθετοῦσι τὸ κηδεμονικόν τε καὶ οἰκεῖον. οὕτω γὰρ εὐσχί-

8) παρήγγελλον γὰρ ἐκ φιλίας ἀληθινῆς ἐξαιρεῖν ἀγ.]
Haec, et omnia, quae sequuntur vsque ad finem fero capituli, αὐτολεξεῖ leguntur etiam infra, cap. XXXIII. Kust. Ante δυνατόν in Ciz. deest εἰ. Kiess.

4) πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῆς]
Haec desunt in cod. Ciz. Kiess.

5) ἐν ταῖς φιλ.] In Ciz. deest ἐν. Ibidem deinceps etiam haec exciderunt: τοῦτο δὲ γίνεσθαι, ἂν. At in eodem codice recte ἐπίστωνται pro ἐπιστῶνται, quod exstat in edd. Arc. et Kust. Kiess.

6) ἃς δὴ παιδαρτιάσεις ἐκάλουν] Noster infra, cap. XXXI. ἐκάλουν δὲ τὸ νοουθετεῖν, παιδαριῶν. Kust. Lo-

Praecipiebant enim certamen et contentionis studium remouendum esse ab omni in vniuersum amicitia, si fieri id possit; si non, saltem ab ea, quae nobis cum parentibus et in genere cum senioribus, aut cum benefactoribus intercedit. Nam cum hisce decertare atque contendere, ira vel alio vehementiore affectu accedente, contractam amicitiam perennare non sinit: in qua iuxta illorum monitum quam minimum cicatricum et exulcerationum esse debet. Hoc autem aiunt fieri posse, si vterque amicorum invicem cedere iramque comprimere sciuerit, inprimis iunior, et qui aliquo ex ante dictis loco vel ordine positus est. Emendationes et castigationes, quas *paedartases* nominabant, multa cum verborum clementia cautioneque a senioribus erga iuniores fieri debere existimabant, plurimumque sollicitudinis affectusque ex parte corripientium prominare: ita enim castigationem decoram

ganus p. 96. sq. pro παιδαρτάσεις scribit παιδαρτίσεις, item παιδαρτήν cap. XXXI. mendosum habet. Frustra. Non enim debebat Loganus hoc verbum deriuare ab ἀρτάω, quod est *appendo*, sed ab ἀρτάω siue ἀρτέω, *aptum reddo*. Παιδαρτήν igitur proprie est *pueros comparare, componere. Kiess.* [Nisi hic quoque latet toties in παιδα corruptum πεδα. Quod alii habent πειραγήν, item vitiatum, primā tamen syllabā videtur integrus. Ceterum παιδαρτήν i. q. μεθαρμοζέειν. *Schaefer.*]

7) ὅπου δεῖν γίνεσθαι παρὰ τῶν πρεσβ. Locum hunc autē mutilum ex MS. supplui. In priorē enim Edit.

μονά τε γίνεσθαι καὶ ὠφέλιμον τὴν κοινότη-
 102 σιν. Ἐκ φιλίας μηδέποτε ἐξαίρειν πίστιν, μήτε
 (86) παίζοντας, μήτε σπουδάζοντας. οὐ γὰρ ἔτι
 ῥάδιον εἶναι διϋγιᾶναι τὴν ὑπάρχουσαν φιλίαν,
 ὅταν ἴσαξ παρεμπέσῃ τὸ ψεῦδος εἰς τὰ τῶν
 φασκόντων φίλων εἶναι ἥθη. φιλίαν μὴ ἀπο-
 γινώσκειν ἀτυχίας ἕνεκα, ἢ ἄλλης τινὸς ἀδυ-
 ναμίας τῶν εἰς τὸν βίον ἐμπιπτουσῶν, ἀλλὰ
 μόνην εἶναι δόκιμον ἀπόγνωσιν φίλου τε καὶ
 φιλίας, τὴν γινομένην διὰ κακίαν μεγάλην τε
 καὶ 8) ἀνεπανόρθωτον. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ
 τύπος ἦν τῆς διὰ τῶν ἀποχάσεων παρ' αὐτοῖς
 γινομένης ἐπανορθώσεως εἰς τε πάσας τὰς ἀρε-
 τὰς καὶ ὅλον τὸν βίον διατείνων.

K E Φ. κγ'.

103 *) Ἀναγκαιότατος δὲ παρ' αὐτῷ τρόπος
 διδασκαλίας ὑπῆρχε καὶ ὁ διὰ τῶν συμβούλων.

desunt verba haec: παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς νεωτέροις·
 καὶ πολὺ ἐμφαίνεσθαι. *Kust.* Infinitivus ἐμφαίνεσθαι
 pendet ex ᾧοντο δεῖν: hinc post νεωτέροις non colo, sed
 commate distinxī. *Kiess.*

8) ἀνεπανόρθωτον] *Prior Edit.* male, ἐπανόρθωτον:
 quod mendum iam pridem etiam notavit *Desid.*
Heraldus Animadv. in *Iamblichum*, cap. VIII. *Kust.*
Deinceps in *Ciz.* pro μὲν οὖν tantum μὲν legitur.
Kiess.

*) Quae a sectione 103. ad 140. narrantur, inter se
 sunt cohaerentia et continuata, atque oratio fere ubi-
 que sibi constat. Iam hoc fragmentum habere aucto-
 rem, qui esset eorum, qui de Pythagora exposuerunt,
 in recentissimis, maxime credulis et imperitis, cogno-
 scitur ex indice Pythagoreorum (sect. 104.), in qui-
 bus numerantur *Philolaus*, *Zamolxis*, *Leucippus* et
Empedocles, item e narratione rerum *Abaridis* et

utilemque fore. Nunquam ab amicitia fidem, neque per iocum, neque serio remouendam esse: non enim facile amicitiam saluam manere, quum semel mendacium in mores eorum, qui se amicos iactant, se insinuauerit. Amicitiam non esse improbandam, propter infortunium, vel aliam quandam infirmitatem, quae rebus humanis intervenit; sed vnicam, quae quidem probabilis sit, amici et amicitiae reiciendae causam esse eam, quae a maiori quadam et inemendabili malitia proficiscitur. Talis erat apud ipsos emendationis formula, quae se in omnes virtutes totamque vitam diffundebat.

C A P. XXIII.

Illam vero docendi rationem, quae symbolis constabat, maxime necessariam duce-

miraculorum Pythagorae. Cuiusnam sit tribuendum, non continuo patet. Loci examen iterum iterumque institutum in eam me opinionem deduxit, eum esse descriptum a *Diogene*. Quae enim narrantur de vita Pythagoreorum (sect. 106.), de musica, et de ratione, qua Homeri et Hesiodi carminibus Pythagoras vsus sit (s. 111.), cum iis, quae Porphyrius (s. 11. 32. etc.) ex illo auctore retulit, conueniunt. Huc accedit, quod (sect. 138.) Pythagorei credulitatis et studii Pythagorae famam fictis miraculis augendi insimulantur: quae reprehensio a viro Pythagoreo nullo modo profecta esse potest. Verum sicuti verisimile est, Diogenem esse auctorem, ita etiam constat, eum maiorem fragmenti partem a Nicomacho sumsisse et post hunc vixisse. Nicomacho enim debetur index discipulorum Pythagorae, in quibus sunt Charondas et Zaleucus (sect. 104. 130.), iudicium de symbolis Pythagoricis,

ὁ γὰρ χαρακτήρ οὗτος καὶ παρ' Ἑλλήσι μὲν
 σχεδὸν ἅπασιν, ἅτε παλαιότροπος ὢν, ἐδοκί-
 μάζετο· ἐξαιρέτως δὲ παρ' Αἰγυπτίοις ¹⁾ ποικι-
 λώτατα ἐπρεσβεύετο. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ
 παρὰ Πυθαγόρᾳ μεγάλης σπουδῆς ἐτύγγανεν,
 εἰ τις διαρρηθῶσι σαφῶς τὰς τῶν Πυθαγορι-
 κῶν συμβύλων ἐμφάνει καὶ ἀπορρήτους ἐν-
 νοίας, ὅσας ὀρθότητος καὶ ἀληθείας μετέχου-
 σιν ἀποκαλυφθεῖσαι καὶ τοῦ αἰνιγματώδους
 (87) ἐλευθερωθεῖσαι τύπου, προσοικειωθεῖσαι δὲ
²⁾ κατ' ἀπλήν καὶ ἀποικίλον παράδοσιν ταῖς
 τῶν φιλοσόφων τούτων μεγαλοφρονήσεως, καὶ ὑπὲρ
 104 ἀνθρωπίνην ἐπίνοιαν θεωθεῖσαι. Καὶ γὰρ οἱ
 ἐκ τοῦ διδασκαλείου τούτου, μάλιστα δὲ οἱ
 παλαιότατοι καὶ αὐτῷ ὀνυχρονίσαντες καὶ μα-
 θητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτη νέοι, ³⁾ Φι-

totum caput XXVI., ea denique, quae Abaridis et
 Pythagorae miracula (sect. 135.) spectant. At si vel
 minus certum sit, quod de huius fragmenti auctore
 suspicatus sum: hoc tamen confitendum est, auctori,
 qui eiusmodi res, quales hic leguntur, narraret,
 omnem fidem denegandam esse, simulatque alius spe-
 ctatae fidei auctor ei aduersetur. Meiners. p. 280 —
 282. [Hanc Meinersii suspensionem, *Diogenem apud*
Iamblichum multa e Moderato et Nicomacho sumsisse,
 Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 123.
 adeo leuem esse iudicat, ut eius ratio haberi nulla
 possit. De sectione 103. eiusdem Meinersii dura sane
 et iniqua sententia p. 280. recitatur, refertam eam
 esse verbis pomposis, magicam granditatem referenti-
 bus, sed iisdem inanibus et sine mente volitantibus.
Kieser.]

1) ποικιλώτατα] Obrechtus hoc vocabulum perperam
 pro aduerbio habuit. Imo est adiectivum et significat

bat. Hic enim character apud Graecos fere omnes, vt antiquissimus, excolebatur: imprimis vero Aegyptii multiplices eum honore studioque complexi sunt: atque illos imitatus Pythagoras quoque in eo plurimum diligentiae posuit; si quis symbolorum Pythagoricorum significationes et arcanos sensus accurate rimetur, adeoque detegat, quantum recti verique contineant, quum a forma aenigmatica liberantur, et ad sublimia horum philosophorum ingenia simplici atque vniformi traditione accommodantur, supraque humanum captum ad diuinitatem quandam euehuntur. Nam qui ex hac schola prodierunt, imprimis antiquissimi illi, qui Pythagorae aequales eiusque senis iuuenes discipuli fuerunt, Philolaus et Eurytus, et

dicta quae multis ambagibus implicata difficilem explicatum habent. — In Ciz. deinceps παρὰ αὐτὸν Ἰνδογράφῳ deest. Kiess.

2) καὶ ἀπλήν] Ciz. vt Arc. καὶ ἀπλήν. Ibidem Θεωθεῖσι. Kiess.

5) Φιλόλαός] Miror, Iamblichum hic dicere, Philolaum Pythagorae fuisse σύγχρονον, cum infra Num. 199. plures aetates inter eundem et Pythagoram intercessisse diserte doceat. Hanc ἀντιστοιχίαν recte etiam obseruauit ingens literarum decus, Richardus Bentleius, in Dissertat. de Phalar. Epist. p. 87. (p. 201. ed. Lips.). Sane, nisi dicamus, Philolaum hunc ab altero diuersum fuisse, non video, quomodo loca ista conciliari possint. Kust. Wyttenbachius in Platonis Phaedon. p. 130. ita de hac re disputat: „Hic locus (Phaedonis) „vel solus restatur, Philolai aetatem minimum ad

λόλαός τε, καὶ 4) Εὐρυτος, καὶ 5) Χαρώνδας, καὶ Ζάλευκος, καὶ 6) Βρύσσων, Ἀρχύτας τε ὁ πρεσβύτερος, καὶ Ἀρίσταιος, καὶ Λύσις, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Ζίμολξις, καὶ 7) Ἐπιμενίδης, καὶ 8) Μίλων, 9) Αεὺχιππός τε, καὶ 10) Ἀλκμαίων, καὶ 11) Ἰππασος, καὶ 12) Θυμαρίδας, καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἅπαντες, πλήθος 13) ἑλλογίμων καὶ ὑπεργυνῶν ἀνδρῶν, τὰς τε διαλέξεις καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, καὶ τοὺς ὑπο-

„Olymp. XC. pertinuisse, vt eum Thebis Simmias et „Cebes audire potuerint; quippe qui Olymp. XCV. 1. „Socrati morienti praesto fuerunt. Vnde consequitur, „Philolaum non potuisse Pythagorae viuo operam dedisse, quippe mortuo, vt serissime, Olymp. LXXII: „nisi illum supra centum annos vixisse statuamus. Iamblichus, qui cum Pythagorae auditorem prodit §. „104., alio loco §. 199. alium auctorem, vt videtur, „secutus narrat, Philolaum multis generationibus post „Pythagoram fuisse: quem discessum non praetermisit „Bentleius Dissert. de Aetate Pythag. p. 49.“ Adde Ideler über das Verhältniss des Copernicus zum Alterthum, in libro: Museum der Alterthumswissenschaft. 2 Bd. p. 405. sq. Kiess.

4) Εὐρυτος] Sect. 139. μαθητῆς Εὐρυτος Φιλολάου. Sect. 148. Εὐρυτος ὁ Κροτωνιάτης, Φιλολάου ἀκουστής. Sect. 266. ἐν Μεταποντίῳ δὲ Θωφίδην καὶ Εὐρυτον. Sect. 267. Ταρανῖνοι, Φιλόλαος, Εὐρυτος. Kiess.

5) Χαρώνδας, καὶ Ζάλευκος] Confer Nostrum infra, Num. 150. et 172. Kust. Vid. Bentleium, p. 337. sqq. Kiess.

6) Βρύσσων] Meminit eius Laertius in Prooemio; sed vbi Βρύσσων vocatur. Kust. Conf. Athen. XI. p. 508. Kiess.

7) Ἐπιμενίδης] Vide modo laudatum Richard. Bentleium in praeclara Dissert. de Phalar. Epist. p. 58. (p. 182. ed. Lips.) Kust.

Charondas, et Zaleucus, et Brysson, Archytas item senior, et Aristaeus, et Lysis, et Empedocles, et Zamolxis, et Epimenides, et Milo, et Leucippus, et Alcmaeon, et Hippasus, et Thymaridas, et quotquot ea aetate fuerunt magno numero docti et excellentes viri, dissertationes suas, collo-

8) *Μίλων*] Ita Par. e marg. Spanh. et Ciz., quod recepi, quum Milonis nomen in Pythagoreis sit celebratum et infra sect. 267. in Crotoniatis item memoretur *Μίλων*. In edd. Arc. et Kust. est *Μόλων*. *Kiess.*

9) *Λεύκιππος*] Hunc Leucippum oportet diuersum esse ab eo, de quo Laert. in Prooemio, et lib. IX. Is enim Zenonis discipulus fuit, et quinque saltem aetatibus post Pythagoram vixit. *Kust.*

10) *Ἀλκμαίων*] De hoc vide Laertium lib. VIII. Num. 83. *Kust.* Reinesius adscripsit locum Aristotelis Metaphysic. lib. I. c. 5. Tom. II. p. 488. Edit. Lugd. καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ. Numeratur Alcmaeon in Crotoniatis apud Iamblich. sect. 267. Ab Aristotele quoque loco citato vocatur *Κροτωνιάτης*. *Kiess.*

11) *Ἰππασος*] Confer Nostrum supra Num. 81. et Num. 88. Laert. lib. VIII. Num. 84. et Clariss. Ioh. Alb. Fabricium, literatae Germaniae decus eximium, Biblioth. Graec. lib. II. p. 492. (Tom. I. p. 848. ed. Harles.). *Kust.*

12) *Θυμαρίδας*] Ita Ciz. et Par. e marg. Spanh. In edd. Kust. et Arc. *Θυμαρίδης*. Vid. infra, Num. 145. In sect. 267. in Pariis memoratur *Ἐνυμαρίδας*, pro quo nomine in Ciz. ibi legitur *Εὐμερίδας*. Verum nomen ibi quoque *Θυμαρίδας* videtur esse. Literae ε̄ et ζ non raro permutantur. *Kiess.*

13) *ἐλλογμένων*] Ciz. *ἐλλογιμένων*. *Kiess.*

μνηματισμούς τε καὶ ¹⁴⁾ ὑποσημειώσεις, καὶ
 αὐτὰ ἤδη τὰ συγγράμματα καὶ ἐκδόσεις πά-
 σας, ὧν τὰ πλείονα μέχρι καὶ τῶν ἡμετέρων
 (88) χρόνων διασώζεται, ¹⁵⁾ οὐ τῇ κοινῇ καὶ δη-
 μῳδει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπασιν εἰσθυίᾳ
 λέξει συνετὰ ἐποιοῦντο ¹⁶⁾ τοῖς ἐξ ἐπιδρομῆς
 ἀκούουσι, πειρώμενοι ¹⁷⁾ εὐπαρακολούθητα τὰ
 φραζόμενα ὑπ' αὐτῶν τίθεσθαι· ἀλλὰ κατὰ
 τὴν νενομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου
 ἐχεμυθίαν θείων μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς
 ἀτελέστους ἀπορρήτων τρόπων ἥπτοντο, καὶ
 διὰ συμβόλων ¹⁸⁾ ἐπέσκεπον τὰς πρὸς ἀλλήλους
¹⁰⁵ διαλέξεις ἢ ¹⁹⁾ καὶ συγγραφάς. Καὶ εἰ μὴ τις
 αὐτὰ τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπτύξει, καὶ
²⁰⁾ ἀμώμῳ ἐξηγήσει περιλάβοι, ²¹⁾ γελοῖα ἂν
 καὶ γραῶδη ²²⁾ δύξειε τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ

¹⁴⁾ ὑποσημειώσεις] Hoc vocabulum interpretatur Cu-
 perus (Obs. lib. I. p. 109.) praecepta, quae per no-
 tas ex ore docentis Pythagorae excerpta scripserunt:
 talesque multos libros fuisse narrat idem Iamblichus
 cap. XXIX. quibus Pythagorei non suum, sed ipsius
 Pythagorae nomen praeſgebant. *Kiess.*

¹⁵⁾ οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημῳδει — ἀδολεσχίας] Haec
 αὐτολεξεῖ leguntur etiam in *Protreptico* Iamblichi, cap.
 XXI. p. 130. 131. (p. 308. sq. ed. Lips.) *Kust.*

¹⁶⁾ τοῖς ἐξ ἐπιδρομῆς ἀκ.] In *Protreptico* plenius,
 τοῖς ἀπλῶς ἀκούουσιν, ἐξ ἐπιδρομῆς τε ἐντυγχάνουσιν.
Kust.

¹⁷⁾ εὐπαρακολούθητα] Ita, iubente etiam Kustero,
 scripsi pro ἀπαρακολούθητα, quod hic codices male
 tuentur. Sensus enim ἀκολουθία, ut Kusteri verbis
 utar, haec est: Pythagorici in colloquiis et scriptis suis
 non utebantur dictione communi et vulgari, ut doctri-
 nam suam auditoribus intellectu facilem redderent; sed

quia, commentarios, scripta denique et libros editos, quorum pleraque ad nostram usque aetatem conseruata sunt, non communi aut populari vulgoque vsitata dictione composuerunt, vt primo statim intuitu possent intelligi; neque planam audientibus ad assequenda, quae tradebantur, viam sternere allaborarunt: sed potius iuxta *echemythiam* legemque silentii, a Pythagora sancitam secuti sunt morem illum, qui in celandis apud non initiatos occultandisque diuinis mysteriis seruari solet. Colloquia enim sua et scripta symbolis obsepiebant: quae nisi quis exposita aperuerit, seriaque enarratione vestiuerit, ridicula et anilia, nugisque et gerris plena, quae dicuntur,

etc. Hinc etiam apparet, eodem Kustero recte monente, particulam *ἀλλά*, si *ἀπαρκαλοῦνθ' ἡτα* scribas, a loco hoc alienam fore. *Kiess.*

18) *ἐπέσκεπον*] Ita hic scripsi e Protreptico. Rittershusius et Reinesius *ἐπισκόπων*, quod antea legebatur et in Ciz. quoque exstat, in *ἐπισκότων*, obumbrabant, mutare malebant. *Kiess.*

19) *καὶ συγγραφάς*] In Ciz. deest *καὶ*, et, vt in Protreptico, deesse potest. *Kiess.*

27) *Οὐ γάρ, καθάπερ Ἡράκλειτος — κελεύσας* etc.] Dictum hoc Heracliti refert etiam Strabo lib. XIV. p. 642. (Vol. V. p. 542. ed. Tzschuk.) addita insuper causa, quare philosophus iste tam duram de Ephesiis sententiam pronuntiauerit; nimirum, quod Hermodorum ciuitate sua expulissent. Sic enim ille, verbis ipsius Heracliti: *Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἷτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἐωυτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον, πάντες*, etc. Cicero *Tusc. V. cap. 36. Heraclitus Physicus* universos ait Ephesios morte multandos, quod, cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, etc. Idem dictum refert etiam Laertius in *Heraclito*, sect. 2. ubi Menagius locum hunc Iamblichi, quem corruptissimum vocat, sic potius legendum esse censet: *οὐ γάρ, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίοις ἔφη, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας*. Sed uti salebrosi aliquid in hoc loco esse fateor, ita aliter eum constituendum esse puto; verbis nempe aliquot, quae traiecta videntur, in locum suum repositis, et paucis aliis immutatis, ad hunc modum: *οὐ γάρ, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίως, ἔγραψαν τοὺς νόμους, ἀπάγξασθαι τοὺς πολλὰς ἡβηδὸν*

πειν Ἐφεσίοις ἔφη τοὺς νόμους, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐνοίας καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης νομοθετεῖν ἐπεχείρησαν. καὶ τί δεῖ ²⁷⁾ τούτους θαυμάζειν, τοὺς ἀγωγῆς καὶ τροφῆς ἐλευθέρους μετέχοντας; ²⁹⁾ Ζαμόλξις γὰρ Θραξ ὦν καὶ Πυθαγόρου δοῦλος γενόμενος καὶ τῶν λόγων τοῦ Πυθαγόρου διακούσας, ἀφειθείς ἐλεύθερος καὶ παραγενόμενος πρὸς τοὺς Γέτας, τοὺς τε νόμους αὐτοῖς ἔθηκε, καθάπερ καὶ ἐν ἀρχῇ δεδηλώκαμεν, καὶ πρὸς τὴν ἀνδρείαν τοὺς πολίτας παρεκάλεσε, τὴν ψυχὴν ἀθάνα-

κελεύσαντες, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐνοίας καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης νομοθετεῖν ἐπεχείρησαν. Id est, Non enim leges scripserant (scil. legislatores illi Pythagorici, de quibus Iamblichus in praecedentibus egerat) quibus cives universos, more Heracliti Ephesii, ad laqueum amandarent; sed etc. Vel sic: οὐ γὰρ ἔγραψαν τοὺς νόμους, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίος, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας, ἀλλὰ etc. Non enim leges scripserant more Heracliti Ephesii, qui universos cives ad laqueum amandavit; sed etc. Vtrius modo scribas, sensus erit clarus et planus. Quod autem pro ἐπεχείρησε rescribendum diximus ἐπεχείρησαν, est ea emendatio certa et necessaria: id quod etiam monuisse video Rittershusium ad Porphyrium de Vita Pythagorae, Num. 21. Non enim de Pythagora, ut Obrechtus putavit, sed de legislatoribus Pythagoricis, quorum mentio praecessit, locus hic intelligendus est; quod etiam vel ex iis, quae locum hunc proxime sequuntur, patere potest. *Kusterus* in Praefat. — Apud Diogen. IX, 2. haec leguntur: Καθάπτιται δὲ καὶ τῶν Ἐφεσίων, ἐπὶ τῷ τὸν ἐταῖρον ἐξαλεῖν Ἑρμοδώρον, ἐν οἷς φησὶν· Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνέβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἑρμοδώρον ἐωυτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον λέγοντι· Ἡμέων μὴδὲ εἰς ὀνηϊστὸς ἔστω· εἰ δὲ τις τοιοῦτος, ἄλλη τι

Ephesiis leges scripturum dixit, ciuibus omnibus ad laqueum amandatis; sed cum multa beneuolentia ciuilibusque moris scientia leges sancire aggressus est. Verum quid hosce miremur, qui et educati sunt et vixerunt liberaliter? Zamolxis enim et Thrax et seruus Pythagorae, vbi sermones Pythagorae perceperat, manu missus, atque ad Getas reuersus, et leges ipsis tulit, sicut initio diximus, et ad fortitudinem populares suos incitauit, dum iis animae immortalitatem

- καὶ μετ' ἄλλων. His idem Diogenes haec subiungit: ἀξιούμενος δὲ καὶ νόμους θεῖναι πρὸς αὐτῶν, ὑπερῖδε, διὰ τὸ ἤδη κεκρατῆσθαι τῇ πονηρᾷ πολιτείᾳ τὴν πόλιν. Haec duo de Heraclito narrata a Iamblichio confusa esse, et lectionem, quae iam in huius libro vulgata est, videntur peperisse, quae nihil mutata sic intelligi potest: Non enim, quemadmodum Heraclitus Ephesiis se leges scripturum esse dixit, postquam ciues omnes ad laqueum amandauerat, etc. Dauisius ad Ciceron. Tuscul. l. c. in Iamblichio pro κτεύσας legit ἐκέλευσαν. Idem vir doctus locis a Menagio citatis addit hunc e Stobaei Serm. XXXVIII. p. 236. ἐφ' ᾧ (Ἐρμολώρῳ) καὶ Πράκλειτος, ὅτι ἔφυγεν, ἡβηδὸν ἐκέλευεν Ἐφεσίοις ἀπάγξασθαι. Conf. etiam Schleiermacher in libro: *Museum der Alterthumswissensch.* 1 Bd. p. 480. — Pro ἡβηδὸν Ciz. ἡβηδόν, Par. ἡβηδου. — Pro ἐννοίας, quod cum edd. Arc. et Kust. etiam Ciz. tuetur, cum Rittershusio ad Porphyrt. p. 28. scripsi εὐνοίας. Cum eodem et Kiessero scripsi ἐπεχείρησαν. Kiess.

28) τοῦτους] Ciz. τοῦτον. Tum Par. pro μετέχοντας offert μετασχόντας, quod adeo praefendum videtur. Kiess.

29) Ζαμόλξις] Ciz. Ζάμολξις. Vid. Rittershus. ad Porphyrt. p. 15. sq. Kiess.

τον εἶναι πείσας. 30) ἔτι καὶ νῦν οἱ Γαλάται πάντες, καὶ οἱ 31) Τράλλεις, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων τοὺς αὐτῶν υἱοὺς κινδυνεύουσιν, (147) ὥς οὐκ ἔστι φθαρῆναι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ διαμένειν τῶν ἀποθανόντων, καὶ ὅτι τὸν θάνατον οὐ φοβητέον, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κινδύνους εὐρώστως ἐκτέον· καὶ ταῦτα παιδεύσας τοὺς Γέτας καὶ γράψας αὐτοῖς τοὺς νόμους μέγιστος 174 τοῖς τῶν θεῶν ἐστὶ παρ' αὐτοῖς. Ἐπὶ τοιούτῳ ἀνυσιμώτατον πρὸς τὴν τῆς δικαιοσύνης κατάστασιν ὑπελήμβανεν εἶναι τὴν τῶν θεῶν ἀρχὴν, ἄνωθεν τε 32) ἀπ' ἐκείνης πολιτείας καὶ νόμους, δικαιοσύνην τε καὶ τὰ δίκαια διέθηκεν. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰ 33) καθ' ἕνα, ὅπως διώρισε, 34) προσθεῖναι. τὸ διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θείου, ὥς ἔστι τε καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος οὕτως ἔχει, ὥς ἐπιβλέπειν καὶ μὴ ὀλιγωρεῖν αὐτοῦ, χρήσιμον εἶναι ὑπελήμβανον οἱ Πυθαγόρειοι, παρ' ἐκείνου μαθόντες· δεῖσθαι γὰρ ἡμᾶς ἐπιστατείας τοιαύτης; 35) ἢ κατὰ μηδὲν ἀνταίρειν ἀξιόδομεν· τοιαύ-

30) ἔτι καὶ νῦν] Post ἔτι Rittershusio dē videtur deesse. Kieß. [Nisi praegressum ε, quod toties factum est, elisit copulam καὶ. Schaefer.]

31) Τράλλεις] In MS. et priorē Edit. est Τράλις; pro quo Τράλλεις rescripsi auctoritate Hesychii v. Θράλλις. Erant autem Tralles populus Illyriae, teste Stephano v. Τράλλια: a quo iidem Τράλλοι et Τράλλες vocantur. Hesychius tamen loco laudato eos Thraciae assignare videtur. Alii erant Tralliani, sic dicti ab urbe Lydiae Trallis. Kust. Reinesius in margine cod. Ciz. scripsit Τρίβαλλοι, et sane hic Moesiae populus huic loco bene conuenit. Etiam Rittershus. p. 16. Τρίβα-

persuasit. Vnde etiamnum Galatae omnes, et Thraces, et alii multi barbarorum liberos suos instituunt, vt credant, animam interitus expertem esse, mortuisque superstitem manere; adeoque mortem iis non pertimescendam, sed firmato animo periculis occurrendum. Quum itaque Getas haecce docuisset, legesque illis praescripsisset, maximus deorum apud illos habitus est. Porro efficacissimum ad stabiliendam iustitiam deorum imperium censebat esse Pythagoras, idque adhibebat velut principium ad rempublicam legesque et iustitiam iuxta normam iuris constituendam. Neque alienum fuerit adicere singillatim, quasnam cogitationes de numine concipiendas esse definiuerit: nempe, esse illud, et ita se gerere erga humanum genus, vt id inspiciat, minimeque negligat: quod ab ipso edocti Pythagorei plurimum vtilitatis in se habere existimabant. Huiusmodi enim regimine nobis opus esse, cui nullatenus refragari valeamus:

λοι legendum putat. Idem deinceps pro διαμένειν scribit διαμένει. *Kiess.*

32) ἀπ' ἐκ.] Ciz. ἐπ' ἐκ. Idem deinceps pro κατὰ τὰ δίκαια dat καὶ τὰ δίκαια, quod recepimus. *Kiess.*

33) καθ' ἑκάστον] Ciz. καθ' ἑκάστον. *Kiess.*

34) προσθεῖναι. τὸ διανοεῖσθαι π.] Locum hunc pessima interpunctio ante obscurum reddebat, qui nunc planus est. *Kust.* Pro ἐστὶ τε scripsi ἔστι τε. *Kiess.*

35) ἥ — ἀνταίσειν] Ciz. ἥ (quod Reinesius in ἥ; mutauit) et ἀνταίσειν. *Kiess.*

την δὲ εἶναι τὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ 36) γινομένην· εἶπερ ἐστὶ τὸ θεῖον τοιοῦτον, ἄξιον εἶναι τῆς τοῦ σύμπαντος ἀρχῆς. ὑβριστικὸν γὰρ διὰ φύσει τὸ ζῶον ἔφασαν εἶναι, ὀρθῶς λέγοντες, καὶ ποικίλον κατὰ τε τὰς ὁρμὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ τῶν παθῶν. δεῖσθαι οὖν τοιαύτης ὑπεροχῆς τε καὶ 37) ἐπανατάσεως, 175 ἂφ' ἧς ἐστὶ σωφρονισμός τις καὶ τάξις. ὦντο (148) δὴ δεῖν ἕκαστον αὐτῶν συνειδύτα τὴν τῆς φύσεως ποικιλίαν, μηδέποτε λήθην ἔχειν τῆς πρὸς τὸ θεῖον ὁσιότητός τε καὶ θεραπείας· ἀλλ' αἰετὶ τίσσασθαι πρὸ τῆς διανοίας, ὡς ἐπιβλέποντάς τε καὶ 38) παραφυλάττοντας τὴν ἀνθρωπίνην ἀγωγὴν. 39) μετὰ δὲ τὸ θεῖον τε καὶ τὸ δαιμόνιον πλεῖστον ποιῆσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμου, καὶ τούτων 40) ὑπήκοον αὐτὸν κατασκευάζειν, μὴ πλαστῶς, ἀλλὰ πεπεσμένως. 41) καθόλου δὲ ὦντο δεῖν ὑπολαμβάνειν, μηδὲν εἶναι μείζον κακὸν ἀναρχίως· οὐ γὰρ πε-

36) γινομένην· εἶπερ ἐστὶ τ.] Scribo et distingo, γινομένην· εἰ γὰρ ἐστὶ τὸ θεῖον, etc. Kust. Ante post γινομένην comma erat positum. Tum malim εἶπερ γὰρ ἐστὶ τ. Kiess.

37) ἐπανατάσεως] Ἐπανατάσις hic significat coercionem, quae fit per metus intimationem, vel metum potentiae superioris. Kust. Potius ipsam poenae comminationem. Ita Polyb. II, 44. dixit, ἐπαναταίσσασθαι φόβους, terrorem intimatione: et XV, 29, 14. nude, ἃ κατὰ τῶν πέλας ἐπανατείνετο πράξειν, minari. Substantivum ὑπεροχὴ simpliciter est imperium. Kiess.

38) παραφυλάττοντας] Ex MS. pro παμφυλάττοντας. Kust.

tale autem esse regimen dei: qui quum tantus sit, dignum quoque esse, qui vniuersis imperet. Recte enim ab iis dictum est, animal istud natura procliue esse ad proteruiam; itemque inclinatione, cupiditatibus, aliisque affectibus varium: ideoque tali eminentia atque superinspectione opus habuisse, a qua moderatio et ordo proueniret. si quidem existimabant, vnumquemque naturalis huius mutabilitatis suae conscium, nunquam pietatis cultusque diuini obliuisci debere; sed assidue menti suae proponere numen, tanquam quod hominum actiones obseruet, iisque indesinenter inuigilet. Post deos vero et daemones maximam parentum et legum quemque rationem habere debere, iisque non fecte, sed ex animo obsequi. Vniuerse vero statuebant, anarchiam malorum omnium maximum esse iudicandam:

39) μετὰ δὲ τὸ θεῖόν κ. τ. λ.] Ex Stobaei Eclog.

Moralib. (ed. Basil. 1559.) pag. 457. *Mahne* in *diatriba de Aristoxeno* p. 82. hunc Aristoxeni locum attulit: μετὰ τὸ θεῖον καὶ δαιμόνιον, πλεῖστον ποιῆσθαι λόγον γονίων τε καὶ νόμων, μὴ πλαστῶς, ἀλλὰ πεπιστευμένοις ἑαυτὸν πρὸς ταῦτα παρασκευάζοντα, τῷ ἐμμένειν τοῖς πατρίοις ἔθισι τε καὶ νόμοις ἐδοκιμάζον, εἰ καὶ μικρῇ χεὶρὶ εἴη. Eundem locum antea notauerat Wyttenbach. in *Biblioth. crit.* Vol. II. P. VIII. p. 112. *Kiess.*

40) ὑπήκουον] Ciz. ὑπήκουον, quod Reines. correxit. *Kiess.*

41) καθόλου — ἐπιστατοῦντος] Etiam hic est locus Aristoxeni, seruatus a Stobaeo l. c. p. 243. vid. *Mahne* p. 79. *Kiess.*

φυκέναι τὸν ἄνθρωπον διασώζεσθαι μηδενός;
 176 ἐπιστατοῦντος. Τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις;
 ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες
 ἐκεῖνοι, καὶ ἢ μικρῷ χεῖρῳ ἐτέρων. τὸ γὰρ
 ῥαδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων
 καὶ οἰκείους εἶναι 42) καινοτομίας, οὐδαμῶς
 εἶναι σύμφωρον καὶ σωτήριον. πολλὰ μὲν οὖν
 καὶ ἄλλα τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς οσίας ἐχόμενα
 ἔργα διεπράξατο, σύμφωνον ἑαυτοῦ τὸν βίος
 τοῖς λόγοις ἐπιδεικνύων. οὐ χεῖρον δὲ ἐνός;
 μνημονεῦσαι, δυναμένου καὶ τὰ ἄλλα σαφῶς
 177 ἐμφαίνειν. Ἐρῶ δὲ τὰ 43) πρὸς τὴν πρεσβείαν
 (149) τὴν ἐκ Συβάριδος εἰς Κρότωνα παραγενομέ-
 νην ἐπὶ τὴν ἐξαίτησιν τῶν φυγάδων ὑπὸ Πι-
 ιθαγόρου ῥηθέντα καὶπραχθέντα. ἐκεῖνος γὰρ
 ἀνηρημένων τινῶν τῶν μετ' αὐτοῦ συνδιατρι-
 ψάντων ὑπὸ τῶν ἰκόντων πρεσβευτῶν, ὡς ὁ
 μὲν τῶν αὐτοχείρων, ὁ δὲ υἱὸς τετελευτηκότες
 ὑπ' 44) ἀρρώστιας τῶν τῆς στάσεως μετερχομέ-
 των· ἔτι μὲν τῶν ἐν τῇ πόλει διαπορούμενων
 ὅπως 45) χρήδονται τοῖς πράγμασι, εἰπεῖν πρὸς
 τοὺς 46) ἐταίρους, ὡς οὐκ ἂν βούλοιο μεγά-

42) καινοτομίας] Sic recte MS. pro καὶ νομοτομίας, quod prior Edit. habet. Arcerius nimirum, cum in MS. καὶ νοτομίας scriptum inuenisset, illud in καινοτομίας mutandum censuit; inuita diua Critice. K. In antecedentibus Ciz. ὑπὸ τῶν ὑπαρχόντων. Kiess.

43) πρὸς τὴν πρεσβείαν κ. τ. λ.] Eadem historia legitur supra, Num. 133. Kust. Pro ἐξαίτησιν C. ἐξώτησιν. Kiess.

44) ἀρρώστιας] Ciz. ἀρρώστιας. Antea post τετελευτηκότες videtur excidisse τινός. Kiess.

utpote quum humanum genus, nemine imperium obtinente, saluum esse non possit. Iidem viri isti patriis legibus consuetudinibusque inhaerendum esse censebant, licet caeteris deteriores essent: nam neque vtilitati neque saluti publicae consulere eos, qui legibus rebusque nouandis student. Caeterum Pythagoras multa insuper alia pietatis in deum documenta dedit, dum doctrinam suam ipso viuendi modo repraesentauit. Neque abs re fuerit, vnus duntaxat meminisse, ex quo caetera etiam elucescere poterunt: nimirum quid Pythagoras dixerit feceritque, quum legati Sybaride Crotonem ad repetendos exules aduenissent. Fuerant enim e conuictoribus eius quidam a legatis istis interfecti: ac vnus quidem legatorum caedem propria manu perpetraverat; alius eius filius erat, qui seditionem excitauerat, fatoque naturali fuerat extinctus. Quum itaque deliberarent Crotoniatae, quid facto opus esset; Pythagoras discipulis suis dixit, sibi non placere, quod Cro-

45) *χρήσονται*] Sic dedi e Ciz. pro *χρήσονται*, quod ante legebatur. *Kiess.*

46) *ἐταίρους*] Ex MS. pro *ἐτέρους*. *Kust.* Haec duo verba in iis sunt, quae in libris manuscriptis omnium creberrime confunduntur. Ita in hoc Iamblichi libro vix vnus locus reperitur, in quo MS. Ciz. non alterum pro altero offerat. Deinceps pro verbis *πρὸς αὐτὸν* potius legendum erit *πρὸς αὐτοὺς*, scil. *πρὸς βουλευτάς*: vt

πρὸς αὐτὸν διαφωνῆσαι τοὺς Κροτωνιάτας, καὶ
δοκιμάζοντος αὐτοῦ, μηδ' ἰερεῖα τοῖς βωμοῖς
προσάγειν ἐκείνους καὶ τοὺς 47) ἐκέτας ἀπὸ τῶν
βωμῶν ἀποσπᾶν· προσελθόντων δ' αὐτῷ τῶν
Συβαριτῶν καὶ μεμφομένων, τῷ μὲν αὐτό-
χειρι, λόγον ἀποδιδόντι τῶν ἐπιτιμωμένων,
48) οὐ θεμιστεύειν ἔφησεν. ὅθεν ἡτιῶντο αὐ-
τὸν 49) Ἀπόλλω φάσκειν εἶναι, παρὰ τὸ καὶ
πρότερον ἐπὶ τινος ζητήσεως ἐρωτηθέντα· διὰ
τί ταῦτά ἐστιν; ἀντερωτῆσαι τὸν πυνθανόμε-
νον, εἰ καὶ τὸν Ἀπόλλω λέγοντα τοὺς χρη-
σμούς ἀξιόσκειν ἂν τὴν αἰτίαν ἀποδοῦναι;
178 50) Πρὸς δὲ τὸν ἕτερον, ὥς ᾤετο, καταγελῶντα
(150) τῶν διατριβῶν, ἐν αἷς ἀπεφαίνεται Πυθαγόρα;
51) ἐπάνοδον εἶναι ταῖς ψυχαῖς, καὶ φάσκειν

sensus sit, nolle se, ut Crotoniatas cum iis litigare.
Διαφωνῆσαι enim, pro quo Scaliger mauult διαλέγεσθαι,
significare potest certare verbis, ut διαπίνειν, certare
bibendo. Vid. Hermann. ad Viger. p. 811. Ceterum
ἀνακολουθία in hoc loco est, quum, praecedente no-
minatiuo ἐκεῖνος, non recte sequatur infinitiuus εἶπειν.
Kiess.

47) ἐκέτας] Antea male οἰκέτας: quae duae voces quam
saepissime locum inter se commutare solent. Per ἐκέτας
autem hic intelligit exules, qui Sybaride Crotonam
fuga se receperant. Kust.

48) οὐ θεμιστεύειν] Iamblichus refert, Pythagoram ho-
mini, qui eadem commiserat, conuenire se volentē
respondisse, οὐ θεμιστεύειν αὐτόχειρι, se homicidae non
dare responsum: vnde quosdam eum incussasse, quasi
se Apollinem esse iactaret. Nimirum Apollo ant
pari modo responderat Sybaritis, qui occiso Citha-
roedo aliquem Delphos miserant oraculi consulend
gratia: οὐ σε θεμιστεύω· Μουσῶν θεράποντα κατέκτα;

toniatae tantopere super hoc disceptent: suo quippe iudicio legatos istos ne victimas quidem aris admouere ausuros, nedum vt supplices inde abstrahant. Quum deinceps Sybaritae illum conuenissent, querelasque suas ad eum detulissent, homicidae, obiecta sibi excusanti, non dare se responsum, dixit. Vnde eum incusarunt, quod se Apollinem esse iactaret; quia etiam iam antea super quadam consultatione interrogatus, quare se res ita haberet? — vicissim interrogauerat sciscitantem, num et ab Apolline oraculi, si quod ipsi edidisset, causam flagitaturus esset. Alter, scholas eius, vt putabat, irrisurus, quibus reditum animarum ab inferis docebat, dixit, se literas illi ad pa-

Vid. Aelian. Var. Hist. Lib. III. cap. 43. Simile responsum Calondae, Archilochi percussori, ab Apolline redditum olim fuisse plures testantur scriptores. Vide Nos ad Suidam v. Ἀρχιλόχος. Kusterus in Praefatione.

49) Ἀπόλλων] Ita etiam hic Ciz. pro Ἀπόλλωνα, quam formam habent Arcerius et Kusterus. Παρά, quod sequitur, significat *propter*. Kiess.

50) Πρὸς δὲ τὸν ἕτερον] Intelligitur ille alter legatorum, ὁ δὲ, υἱὸς τετελευτηκότος. — Ciz. τὸ ἕτερον. Kiess.

51) ἐπάνοδον] Obrechtus, *reditum animarum ab inferis*. Potius, *regressum ad superos*. Inde enim animas nostras in corpora descendisse, et eo tandem, variis purgationibus a terreno affectu liberatas, redire, Pythagorei, eosque imitati Platonici statuebant. De hoc quidem regressu animarum, siue περὶ ἀνόδου τῶν ψυχῶν, librum scripserat Porphyrius, laudatum Augustino de Ciuitate Dei lib. X. cap. 29. Vti contra περὶ καθόδου

πρὸς τὸν πατέρα δώσειν ἐπιστολήν, ἐπειδὴ καὶ εἰς ἄλλου ⁵²⁾ μέλλῃ καταβαίνειν, καὶ κελύοντα λαβεῖν ἑτέραν, ὅταν ἐπανή παρὰ τοῦ πατρὸς· οὐκ ἔφη μέλλειν εἰς τὸν τῶν ἀσεβῶν τόπον παραβάλλειν, ὅπου σαφῶς οἶδε τοὺς σφαγεῖς κολαζομένους. λοιδορηθέντων δ' αὐτῶ τῶν πρεσβευτῶν, καὶ κείνου ⁵³⁾ προσάγοντος ἐπὶ τὴν θάλατταν, καὶ ⁵⁴⁾ περιρῥαυόμενου πολλῶν ἀκολουθούντων, εἶπέ τις τῶν συμβουλευόντων τοῖς Κροτωνιάταις, ⁵⁵⁾ ἐπειδὴ τὰ ἄλλα τῶν ἡκόντων κατέδραμεν· ὅτι καὶ Πυθαγόρῃ προσκόπτειν ἐπενοήθησαν, ⁵⁶⁾ ὑπὲρ οὗ, κἄν ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ οἱ μῦθοι παραδεδώκασι, ἀνθρώπων ἐμψύχων τὴν μὲν αὐτὴν φωνὴν τοῖς ἀνθρώποις ἀγνέοντων, μηδὲ τῶν ἄλλων ζώων μηδὲν ἂν τολμήσειε βλασφημεῖν. Καὶ ἄλλην δὲ

179 (151)

ψυχῆς, siue de descensu animae in corpus tractatum composuit Plotinus, qui hodie adhuc exstat. Vide Lucam Holstenium de Vita et Scriptis Porphyrii Phil. pag. 46. et seq. Kust.

52) μέλλῃ] Ita dedi e Ciz. pro μέλλοι, quod habent editiones Arcerii et Kusteri. Kiess.

53) προσάγοντος] In Ciz. προάγοντος, quod praefero. Kiess.

54) περιρῥαυόμενου] Cum Arcerio lego περιρῥαυόμενου: sed simpliciter expono, cum se aspergeret, vel lustraret aqua marina. Kust. Obrechtus hoc verbum omiserat. Kiess.

55) ἐπειδὴ — κατέδραμεν] Proprie, quum in ceteris legatos reprehendisset; nam κατατρέχειν, ubi significat reprehendere, cum genitiuo construitur. Exempla addit Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 401.

trem suum daturum esse, quoniam in infernum descendere paret; praecepitque, vt inde remeaturus a patre suo responsorias sumeret: huic respondit Pythagoras, sibi propositum non esse, ad impiorum sedes proficisci, vbi probe sciat homicidas puniri. Quum autem legati conuitia in illum iacerent, ipseque multis comitibus circumfusus ad mare procederet et se lustrasset; quidam ex iis, qui Crotoniatis a consiliis erant, postquam in caetera legatorum inuectus fuisset, adiecit: Pythagoram quoque conuiitiis lacessere aggressos esse, cui ne brutorum quidem animalium vllum maledicere ausurum foret, si, vt primitus accidisse fabulis traditur, omnia animata denuo humana voce loquerentur. Reperit praeterea et aliam

Videtur autem locutio esse senioris Graecitatis. Eodem modo vsurpatur *καταθεῖν*. *Kiess.*

- 56) ὑπὲρ οὗ, πάλιν ἐξ ἀρχ.] Est locus obscurus et procul dubio corruptus, quem sic legendum censeo: *περὶ οὗ, καὶ πάλιν, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ συμβῆναι οἱ μῦθοι παραδεδώκασι*, etc. Hanc lectionem Obrechtus quoque ob oculos habuit. *Βλασφημεῖν περὶ τινος* recte dicitur: non autem *ὑπὲρ τινος*. *Kust.* Haec mutatio violentior est, quam vt probari possit. Equidem sic legerim: *ὅνπερ ἂν, πάλιν ἐξ ἀρχῆς* etc. reliqua sana sunt. Verba *ἐξ ἀρχῆς* per se significant *vt antea*, et *πάλιν ἐξ ἀρχῆς* etiam alibi sic iungitur, vt apud Xenoph. *Cyropaed.* I, IV. 13. Particula *ἂν* repetita offendere non potest. — Ceterum pro *ἐπενοήθησαν* in Ciz est *ἀπενοήθησαν*, ibidemque pro *ἀφέντων*, vt in Arc. edit., *ἀφέντων*, et pro *τολμήσεις* item, vt in edit. Arcer. *τολμήσαι*. *Kiess.*

μέθοδον ἀνεῦρε τοῦ ἀναστέλλειν τοὺς ἀνθρώ-
 πους ἀπὸ τῆς ἀδικίας, διὰ τῆς κρίσεως τῶν
 ψυχῶν, εἰδῶς μὲν ἀληθῶς ταύτην λεγομένην,
 εἰδῶς δὲ καὶ χρήσιμον οὖσαν εἰς τὸν φόβον
 τῆς ἀδικίας. 57) πολλῶ δὲ μᾶλλον ἀδικεῖσθαι
 δεῖν παρήγγελλεν, ἢ κτείνειν ἄνθρωπον· ἐν
 ᾧδου γὰρ κτεῖσθαι τὴν κρίσιν· 58) ἐκλογιζόμε-
 νος τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς, καὶ τὴν
 πρώτην τῶν ὄντων φύσιν. 59) βουλόμενος δὲ
 τὴν ἐν τοῖς ἀνίστοις καὶ ἀσυμμέτροις καὶ ἀπί-
 ροις πεπερασμένην καὶ ἴσην καὶ σύμμετρον
 δικαιοσύνην παραδειῖξαι, καί, ὅπως δεῖ αὐτὴν
 ἀσκεῖν, ὑφηγήσασθαι, τὴν δικαιοσύνην ἔφη
 προσεικέναι τῷ σχήματι ἐκείνῳ, ὅπερ μόνον
 τῶν ἐν γεωμετρίᾳ διαγραμμάτων ἀπείρους μὲν
 ἔχον τὰς τῶν σχημάτων συστάσεις, ἀνομοίως
 δὲ ἀλλήλοις διακειμένων, ἴσας ἔχει τὰς 60) τῆς
 180 δυνάμεως ἀποδείξεις. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῇ πρό-
 ῳτερον χρειά ἐστὶ τις δικαιοσύνη, καὶ ταύτης
 τοιοῦτόν τινα τρόπον λέγεται ὑπὸ τῶν Πυθα-
 γορείων 61) παραδίδοσθαι. εἶναι γὰρ κατὰ τὰς

57) πολλῶ δὲ μᾶλλον ἀδικ.] Haec leguntur etiam su-
 pra, Num 155. Kust. Ciz. πολλῶ δὲ. Idem παρήγ-
 γελλεν. Kiess.

58) ἐκλογιζόμενος] Lego ἐκλογιζομένην, vt referatur ad
 κρίσιν. Kust. Vid. supra ad sect. 155. not. 121.
 Kiess.

59) βουλόμενος] In Ciz. vt in edit. Arc. βουλόμενος.
 Paulo infra post παραδειῖξαι ibidem deest καί. Kiess.

60) τῆς δυνάμεως] Δύναμις h. l. idem est, quod ἔμβα-
 δον, spatium, quod intra concurrentes lineas figurarum
 continetur, area trigoni. Locus autem ipse intelligen-

methodum, qua, proposito animarum iudicio, homines ab iniustitia reuocauit, gnarus quidem, et vere istud doceri, et ad iniustitiam metu reprimendam plurimum conducere. Multo itaque satius esse dicebat, iniuria affici, quam hominem occidere: apud inferos enim repositum esse iudicium, vbi anima, eiusque essentia, et princeps entium natura examinetur. Quum autem sibi proposuisset, rebus inaequalibus mensuraque carentibus et infinitis determinatam, aequalem et commensuratam iustitiam inducere, simulque exemplo quopiam ostendere, quemadmodum illa in vsum deducenda esset; similem dixit esse iustitiam illi figurae, quae sola in diagrammatibus geometricis infinitas figurarum compositiones, inaequaliter quidem inter se dispositas, sed aequales spatii demonstrationes habet. Et quoniam in consuetudine quoque cum aliis iustitia quaedam consistit, talem eius modum a Pythagoreis traditum esse ferunt: quandam nini-

us est de triangulo rectangulo et theoremate Pythagorico. Nam cuiuscunque longitudinis lineae in huiusmodi triangulo construuntur, quadratum lateris angulo recto subiecti aequale est summae quadratorum, quae in reliquis duobus lateribus describi possunt. Vltima Obrechtus ita verterat: *sed aequales potentiae demonstrationes producentes*. Pro $\iota\sigma\alpha\varsigma \epsilon\chi\epsilon\iota$ Ciz. cum Arc. $\iota\sigma\alpha\varsigma \epsilon\chi\epsilon\iota\upsilon$. Kiess.

61) παραδίδοσθαι] Par. παραδίδοσθαι. Forsitan παραδίδοσθαι. Paulo ante $\chi\eta\sigma\iota\alpha$ est consuetudo. Kiess.

ὁμιλίας τὸν μὲν εὐκαιρον, τὸν δὲ ἄκαιρον·
 διαιρεῖσθαι δὲ ἡλικίας τε διαφορᾷ, καὶ ἀξιώ-
 ματι, καὶ οἰκειότητι τῆς ⁶²⁾ συγγενικῆς καὶ
 εὐεργεσίας, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐν ταῖς
 πρὸς ἀλλήλους διαφοραῖς ὃν ὑπάρχει. ἔστι γὰρ
 ὁμιλίας εἶδος, ὃ φαίνεται νεωτέρῳ μὲν πρὸς
 (152) νεώτερον οὐκ ἄκαιρον εἶναι, πρὸς δὲ τὸν πρε-
 βύτερον ἄκαιρον· οὔτε γὰρ ὀργῆς οὔτε απει-
 λῆς εἶδος πᾶν οὔτε θρασυήτους, ἀλλὰ πᾶσαν
 τὴν τοιαύτην ἀκαιρίαν εὐλαβητέον εἶναι ⁶³⁾ τῷ
 181 νεωτέρῳ πρὸς τὸν πρεσβύτερον. Παραπλήσιον
 δέ τινα εἶναι καὶ τὸν περὶ τοῦ ἀξιώματος λό-
 γον· πρὸς γὰρ ἄνδρα ἐπὶ καλοκαγαθίας ἦκον-
 τα ἀληθινὸν ἀξίωμα ⁶⁴⁾ οὐτ' εὐσχημον οὐτ'
 εὐκαιρον εἶναι προσφέρειν οὔτε παρρησίαν πά-
 λιν οὔτε τὰ λοιπὰ τῶν ἀρτίως εἰρημένων. πα-
 ραπλήσια δὲ τούτοις καὶ ⁶⁵⁾ περὶ τῆς πρὸς τοὺς
 γονεῖς ὁμιλίας διελέγετο. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ
 τῆς πρὸς τοὺς εὐεργέτας. εἶναι δὲ ποικίλην
 τινὰ καὶ πολυειδῆ τὴν τοῦ καιροῦ χρείαν· καὶ
 γὰρ τῶν ὀργιζομένων τε καὶ θυμουμένων τοὺς
 μὲν εὐκαιρῶς τοῦτο ποιεῖν, τοὺς δὲ ἀκαιρῶς·
 καὶ πάλιν ⁶⁶⁾ τῶν ὀρεγομένων τε καὶ ἐπιθυ-

62) συγγενικῆς] Reinesius in margine cod. Ciz. appo-
 suit: an συγγενείας? Kiess.

63) τῷ νεωτέρῳ] Ex MS. pro τῶν νεωτέρων. Kast.
 Εἶδος πᾶν ὀργῆς etc. et πᾶσα ἡ τοιαύτη ἀκαιρία τε ipsa
 non differunt. Kiess.

64) οὐτ' εὐσχημ.] Ciz. οὔτε εὐσχ. Kiess.

65) περὶ τῆς πρὸς τοὺς γονεῖς ὁμ.] Locum antea mu-
 tilum ex MS. supplēui. In priore enim Edit. desunt

rum viuendi cum aliis rationem opportunam esse, aliam importunam, et differre has inter se diuersitate aetatis, dignitatis, necessitudinis, meritorumque, et si quid praeterea discriminis inter homines occurrit. Esse enim conuictus quoddam genus, quo si iuuenis erga aetate sibi similem vtatur, minime id importunum videri; tale autem esse, si id iuuenis erga senem adhibeat; siquidem erga hanc aetatem iuuenibus omni ira, aut comminationis specie, omnique ferocia abstinendum, et totam huiusmodi importunitatem deuitandam esse: sed et parem dignitatis rationem esse. Nam cum viro, qui ad veram virtutis dignationem peruenit, neque decorum, neque tempestiuum fore, familiarius, liberiusue, aut alio ex praedictis modo agere. Hisce similia de conuersatione cum parentibus docuit: itemque de ea, quae nobis cum benefactoribus intercedit. Esse autem varium quendam et multiformem opportuni temporis vsum: si quidem et qui irascuntur, atque animo commouentur, partim tempestiue, partim intempestiue id faciant: itidemque inter eos,

verba haec: πρὸς τοὺς γονεῖς ὁμιλίας διελέγετο. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῆς. *Kust.* Pro διελέγετο in Ciz. et Par. legitur ἐλέγετο, i. e. distarebatur, scil. a Pythagoreis. Quod huic loco melius conuenit. *Kiess.*

66) τῶν ὀρεγομένων] In Ciz. vt in edit. Arcerii αὐτῶν ὀρεγομ. *Kiess.*

μούντων καὶ ὁρμώντων 67) ἐφ' ὅτιδήποτε τοῖς
 μὲν ἀκολουθεῖν καιρόν, τοῖς δὲ ἀκαιρίαν. τὸν
 αὐτὸν δ' εἶναι λόγον καὶ περὶ τῶν ἄλλων πα-
 θῶν τε καὶ πράξεων καὶ 68) διαθέσεων καὶ
 182 ὁμιλῶν καὶ ἐντεύξεων. Εἶναι δὲ τὸν καιρὸν
 μέχρι μὲν τινος διδακτόν, καὶ 69) ἀπαράλογον,
 (153) καὶ τεχνολογίαν ἐπιδεχόμενον· καθόλου δὲ καὶ
 ἀπλῶς οὐδὲν αὐτῷ τούτων ὑπάρχειν. ἀκόλου-
 θα δὲ εἶναι καὶ σχεδὸν τοιαῦτα, οἷα συμπα-
 ρέπεσθαι τῇ τοῦ καιροῦ φύσει τὴν τε ὀνομα-
 ζομένην ὥραν, καὶ τὸ πρέπον, καὶ τὸ ἀρμότ-
 τον, καὶ εἴ τι ἄλλο τυγχάνει τούτοις ὁμογε-
 νὲς ὄν. ἀρχὴν δὲ ἀπεφαίνοντο ἐν παντὶ ἐν τι
 τῶν τιμωτάτων εἶναι ὁμοίως ἐν ἐπιστήμῃ τε,
 καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ ἐν γενέσει· καὶ πάλιν δύο,
 ἐν οἰκίᾳ τε, καὶ πόλει, καὶ στρατοπέδῳ, καὶ
 πᾶσι τοῖς τοιούτοις συστήμασι. δυσθεώρητον
 δ' εἶναι καὶ 70) δυσίνοπτον τὴν τῆς ἀρχῆς φύ-
 σιν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις. 71) ἐν γὰρ ταῖς
 ἐπιστήμαις οὐ τῆς τυχούσης εἶναι διανοίας τὸ

67) ἐφ' ὅτιδήποτε] In Ciz. ἐφ' ὅ τι δὴ ποτε. *Kiesl.*

68) διαθέσεων] Ex MS. pro corrupto διαθέτων. *Kiesl.*

69) ἀπαράλογον] Ἀπὸ κοινοῦ repetendum est μέχρι τινος. *Παράλογον* autem significat id, quod contingit praeter expectationem, vel praeter rationem; siue, quod adeo incertum est, ut nulli consilio humano subiaceat. Hinc ἀπαράλογον contra dicitur de re, quae non est adeo incerta, quin aliquatenus a nobis praevideri et consilio ad certum finem dirigi possit. *Ksst.*

70) δυσίνοπτον] Vocem esse mendosam, quivis facile videt. Arguerius coniiciebat, δυσκίνητον, vel δυσκάτοπτον: quod repudiandum. Desid. Heraldus *Animad-*

qui appetitu cupiditateque et impetu in rem quampiam feruntur, aliis temporis opportunitatem fauere, alios ab ea destitui: eandemque caeterorum etiam affectuum, actionum, dispositionum, colloquiorum et interpellationum rationem esse. Hanc autem temporis opportunitatem doceri aliquatenus, et certa quadam ratione ac via et arte comprehendendi posse; vniuerse autem et simpliciter praeceptorum artisque formulam respuere. Adhaerere autem illi natura veluti pedissequas quasdam, id quod elegans et concinnum dicitur, itemque decorum, congruum, et si quid aliud hisce geminum est. Pronunciabat autem insuper, quantiuis pretii esse principium; vnum quidem in vniuersitate mundi, itemque in scientia, in experientia et in generatione: duo vero in domo, in vrbe, in exercitu, et in omnibus eiusmodi compositis corporibus: naturam autem principii in praefatis omnibus cognitu perspectuque perquam difficilem esse: nam in scientiis non vulgaris ingenii haberi, ex

vers. in Iambl. cap. IX. in fine *δυσνόητον* vel *δυσάνετον*: quorum posterius ad vestigia corruptae lectionis propius accedit. Nos proxime accesserimus, si legamus, *δυσσύννοτον*: prout Iamblichum initio scripsisse nullus dubito. *Kust.* In Ciz. est *δύσνοτον*. Reinesius in margine: *f. δύσνοτον, i. e. occultatum*. Vix dubium, quin verum sit Kusteri *δυσσύννοτον*, quo vocabulo vtitur Polyb. III, 84. 2. *Kiess.*

71) *ἐν γὰρ*] In Ciz. *ἐν τε γὰρ*. *Kiess.*

καταμαθεῖν τε καὶ χρῆναι καλῶς βλέψαντας
 εἰς τὰ μέρη τῆς πραγματείας, ποῖον τούτων
 183 ἀρχή. Μεγάλην δ' εἶναι διαφορὰν, καὶ σχεδὸν
 περὶ ὅλου τε καὶ παντὸς τὸν κίνδυνον γίνε-
 σθαι, μὴ ληφθείσης ὀρθῶς τῆς ἀρχῆς. οὐδὲν
 γάρ, ὥς ἀπλῶς εἰπεῖν, ἔτι τῶν μετὰ ταῦτα
 ὑγιᾶς γίνεσθαι, ἀγνοηθείσης τῆς ἀληθινῆς ἀρ-
 (164) χῆς. 72) τὸν αὐτὸν δ' εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς
 ἐτέρας ἀρχῆς· οὔτε γὰρ οἰκίαν εὖ ποτὲ ἂν οἰ-
 κισθῆναι, μὴ ὑπάρξαντος ἀληθινοῦ ἄρχοντος,
 τῆς ἀρχῆς τε 73) ἐκουσίως. ἀμφοτέρων γὰρ δι'
 βουλομένων τὴν ἐπιστατείαν γίνεσθαι, ὁμοίως
 τοῦ τε ἄρχοντος καὶ τῶν ἀρχομένων· ὥς περ
 καὶ τὰς μαθήσεις τὰς ὀρθῶς γινομένας 73) ἐκου-
 σίως 74) δεῖν [εἶασαν] γίνεσθαι, ἀμφοτέρων
 βουλομένων, τοῦ τε διδάσκοντος καὶ τοῦ μα-
 θάνοντος· ἀντιτείνοντος γὰρ ὁποτέρου δήποτε
 τῶν εἰρημένων, οὐκ ἂν ἐπιτελεσθῆναι 75) κατὰ
 τρόπον τὸ προκείμενον ἔργον. οὕτω μὲν οὖν
 εὐδὲν πεῖθεσθαι τοῖς ἄρχουσι καλὸν εἶναι ἔδοκί-

72) τὸν αὐτὸν δ' εἶναι] In Ciz. τὸν δ' αὐτὸν εἶναι. Ibi-
 dem post οἰκίαν repetitur οὔτε, et post ἄρχοντος addi-
 tur, καὶ κυριεύοντος. Kiess.

73) ἐκουσίως] Ἐκουσίως lego: eaque lectio ex sequen-
 tibus satis confirmatur. Kust. Ex Aristoxeni opere,
 quod inscriptum fuit Τὰ Πυθαγορικά Ἀποφθέγματα,
 Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 112.
 fragmentum huc pertinens primus vulgavit. Sic igitur
 ille: „Stobaeus Tit. Inedit. περὶ παιδείας in Io.
 „Damasceni Parallelis MS. Florent.: Ἐκ τῶν Ἀριστοξέ-
 „νου Πυθαγορικοῦ ἀποφάσεων. Ἐφασκον δὲ καὶ τὰς μα-
 „θήσεις πάσας, τῶν τε ἐπιστημῶν καὶ τῶν τεχνῶν, τὰς μὲν

tractatione partium intellectu iudicioque recte assequi, quale earum principium sit: plurimum autem referre, et propemodum de vniuersa rerum omnium cognitione actum esse, si principium non recte comprehendatur: ignorato enim vero principio, nihil, vt simpliciter dicam, sani deinceps constitui poterit. Eodem modo se rem etiam cum principatu habere: neque enim domum, neque ciuitatem recte institui posse, nisi et verus princeps praesit, et imperium in volentes exerceat. Etenim vtrisque consentientibus, principe et subditis, imperium administrari debere: perinde, vti disciplinae quoque, si rite quis eas instituere velit, vtrisque etiam, docente et discente, volentibus id debet fieri: nam si alteruter reluctetur, nunquam, quod sub manibus est, opus ad propositum finem perueniet. Sic igitur probabat, aequae praeclarum esse, si

„ἐκουσίους ὁρθὰς τε εἶναι καὶ εἰς τέλος ἀφικνεῖσθαι· τὰς
„δὲ ἀκουσίους φαύλους τε (φαύλας τε, K.) καὶ ἀτιλεῖς γί-
„νεσθαι.“ Conf. Maline p. 88. Mihi potius ἐκουσίους
legendum videtur. Ita Aristotel. Polit. III. 8. p. 125.
ed. Schneid. ἐγγίγνωτο βασιλεῖς ἐκόντων. — Ante βουλο-
μένων in Ciz. deest δὲ. *Kiess.*

74) δὲν [εἵασαν] γίν.] Vel scribendum est δὲ γίνεσθαι,
deleta voce εἵασαν, vt superuacanea; vel, διὲν ᾤηθησαν
γίνεσθαι. *Kust.* Wyttenbachius l. c. pro εἵασαν legit
ἔφασαν. Melius abest, quod etiam in marg. cod.
Spanh. notatum. Hinc vncis inclusi. *Kiess.*

75) κατὰ τρόπον] Vid. ad Protrept. p. 20. *Kiess.*

μαζε, καὶ τὸ τοῖς διδασκάλοις ὑπακούειν·
 τεκμήριον δὲ δι' ἔργων μέγιστον ⁷⁶⁾ παρείχeto
 184 τοιοῦτον. 77) Πρὸς Φερεκύδην τὸν Σύριον,
 διδάσκαλον αὐτοῦ γενόμενον, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας
 εἰς Δῆλον ἐκομίσθη, νοσοκομήσων τε αὐτόν,
 78) περιπετῇ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς
 79) φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύων αὐτόν,
 (155) 80) παρέμεινέ τε ἄχρις τῆς τελευτῆς αὐτῷ, καὶ
 τὴν ὁσίαν ἀπεπλήρωσε περὶ τὸν αὐτοῦ καθη-
 γεμόνα. οὕτω περὶ πολλοῦ τὴν περὶ τὸν διδά-
 185 σκαλον ἐποιεῖτο σπουδὴν. Πρὸς γε μὲν τὰς
 συνταγὰς καὶ τὸ ἀψευδεῖν ἐν αὐταῖς οὕτως εὖ
 παρεσκεύαζε τοὺς ὁμιλητὰς Πυθαγόρας, ὥστε
 φασὶ ποτε Λύσειν προσκυνήσαντα ἐν Ἑρᾷ ἱερῷ
 καὶ ἐξιόντα συντυχεῖν Εὐρυφάμῳ ⁸¹⁾ Συρα-
 κουσίῳ τῶν ἐταίρων τινὶ περὶ τὰ προπύλαια
 τῆς θεοῦ εἰσιόντι. προστάξαντος δὲ τοῦ Εὐ-
 ρυφάμου προσμεῖναι αὐτόν, μέχρις ἂν καὶ
 αὐτὸς προσκυνήσας ⁸²⁾ ἐξέλθῃ, ἐδρασθῆναι ἐπὶ

76) παρείχeto τοιοῦτον] Reinesius post Arcerium emen-
 dat παρείχε το τοιοῦτον. Equidem malim παρείχeto τὸ
 τοιοῦτον. K i e s s.

77) Πρὸς Φερεκύδην τὸν Σύρ.] Vide Porphyrium,
 Num. 55. et Nostrum infra, Num. 251. vbi eadem
 historia iisdem verbis narratur. K u s t.

78) περιπετῇ] Sic recte MS. itemque Porphyrius et
 Noster infra, dictis locis. Prior autem Edit. corru-
 pte περιπαθῇ: de quo mendo Lectorem iam dudum
 etiam monuit Salmasius ad Solinum, pag. 583. K u s t.

79) φθειριάσεως] Itidem ex MS. pro φθορίσεως. Cae-
 terum Pherocydem morbo pediculari obuisse, plures

imperantibus obsequium, praeceptoribus vero faciles aures praestentur: huiusque moniti ipso opere tale specimen dedit. Ad Pherecydem enim Syrium, praeceptorem suum, ex Italia in Delum profectus est, ut ei pediculari, ut vulgo nominari solet, morbo laboranti opem ferret; inque hac cura ad mortem eius usque perduravit, defunctoque doctori suo iusta persoluit: tanti fecit studium praeceptoribus debitum. Ad pacta vero conuenta religiose seruanda ita discipulos suos formavit Pythagoras, ut referatur, Lysidem aliquando in templo Iunonis adoratione functum inter exeundum incidisse in Euryphamum Syracusanum, qui vnus e grege condiscipulorum erat, quique templum ingressurus circa propylaea versabatur: hic itaque quum Lysidi praecepisset, ut se praestolaretur, donec ipse quoque, adorato numine, exiret; Lysidem in

testantur scriptores; quorum testimonia collegit Menagius ad Laert. in Pherecyde, Num. 118. *Kust.*

80) παρέμεινέ τε] Sic MS. At prior Edit. male παρέμεινετο. *Kust.* Deinceps initio sectionis 185. pro γε μὲν legendum videtur γε μὴν. *Kiess.*

81) Συρακουσίῳ] Ciz. συρρακουσίῳ. Hunc Pythagoreum Εὐρύφῳμον Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 899. latine dicere malit *Euryphamum*, quam, quomodo vulgo dicunt, *Euryphamum*. Theocriti enim Πολύφῳμον quis latine dicat *Polyphamum*? *Kiess.*

82) ἐξέλθῃ] Sic recte Ciz. Edd. Arc. et *Kust.* ἐξέλθοι. *Kiess.*

τινι λιθίνῳ θώκῳ ἰδρυμένῳ αὐτόθι. ὥς δὲ
 προσκυνήσας ὁ Εὐρύφαμος καὶ ἐν τινι διανοή-
 ματι καὶ βαθυτέρᾳ καθ' ἑαυτὸν ἐννοία γενό-
 μενος δι' ἑτέρου πυλῶνος ἐκλαθόμενος ἀπηλ-
 λάγη· τό τε τῆς ἡμέρας λοιπὸν καὶ τὴν ἐπιού-
 σαν νύκτα καὶ τὸ πλεον μέρος ἔτι τῆς ἄλλης
 ἡμέρας ⁸³⁾ εἶχεν ἀτρέμας προσμένων ὁ Λύσις.
 καὶ τάχα ἂν ⁸⁴⁾ ἐπὶ πλείονα χρόνον αὐτοῦ ἦν,
 εἰ μὴ περ ἐν τῷ ὁμακοῦ τῆς ἐξῆς ἡμέρας γε-
 νόμενος ὁ Εὐρύφαμος, καὶ ἀκούσας ἐπιζητον-
 μένου πρὸς τῶν ἐταίρων τοῦ Λύσιδος, ἀνεμῆ-
 σθη· καὶ ἐλθὼν αὐτὸν ἔτι προσμένοντα κατὰ
 (156) τὴν συνθήκην ⁸⁵⁾ ἀπήγαγε, τὴν αἰτίαν εἰπὼν
 τῆς λήθης, καὶ προσεπιθείς, ὅτι ταύτην δὴ μοι
 θεῶν τις ἐνήκε, δοκίμιον ἐσομένην τῆς οἷς
 186 περὶ συνθήκας εὐσταθείας. Καὶ τὸ ἐμψύχων
 δὲ ἀπέχεσθαι ἐνομοθέτησε διὰ τε ἄλλα πολλὰ,
 καὶ ὥς ⁸⁶⁾ εἰρηνοποιὸν τὸ ἐπιτίδευμα. ἐθιζό-
 μενοι γὰρ μυσαττεσθαι φόνον ζώων ὥς ἄνο-
 μον καὶ παρὰ φύσιν, πολὺ μᾶλλον ἀθεμιτω-
 τερον τὸν ἄνθρωπον ἡγούμενοι κτείνειν, οὐκ
 ἔτ' ἐπολέμουν. φόνων δὲ χορηγέτης καὶ νομο-
 θέτης ὁ πόλεμος. τούτοις γὰρ καὶ σωματο-

83) εἶχεν] Hoc εἶχεν restitui e Ciz. In edd. Arc. e
 Kust. legitur εἶλεν. Quod quum vitiosum esse pateret.
 Kusterus scribere volebat vel ἀτρέμας προσμένον ὁ Λύσις.
 deleta voce εἶλεν: vel, εἶχεν ἀτρέμας, προσμένων ὁ Λύσις.
 Hoc verum est. Kiess.

84) ἐπὶ πλείονα χρόνον] Sic recte Ciz. Antea ἐπὶ πλείονα
 sine substantiuo χρόνον. Kusterus scribendum censebat
 ἐπὶ πλείον; literam enim α ex sequenti voce τῷ πλείον
 adhaesisse. Kiess.

sedili quodam ex lapide ibi constructo eum opperiturum consedissee: sed Euryphamum, adoratione peracta, in profundas quasdam meditationes prolapsum, eiusque, quod cum Lyside constituerat, oblitum, per aliam portam templo excessisse: Lysidem autem, quod lucis reliquum erat, noctemque insequentem cum bona diei subsecutae parte immotum persedissee: nec finis fuisset, nisi Euryphamus postridie auditorium ingressus desiderari a condiscipulis Lysidem audiuissee: sic enim erroris sui admonitus eum ex pacto adhuc expectantem abduxit, obliuionisque suae causa commemorata adiecit, eam sibi a deorum aliquo iniectam, vt Lysidis in pactis seruandis constantia probaretur. Sanciuit insuper abstinentioniam ab animalibus, tum ob alias multas rationes, tum quod ad conciliandam pacem hoc institutum faceret: qui enim animantium caedem vt nefariam et naturae aduersam abominari adsueuerit, illum iudicabat multo magis pro iniusto habiturum esse, hominem necare, bellumque in posterum gerere; quum Mars caedium veluti praeses et legislator sit; vtpote qui

85) ἀπήγαγε] Ciz. ἐπήγαγε. Contrarium peccatum mox occurrit in verbo ἐνῆκε, pro quo Ciz. habet ἀνῆκε. Paulo post pro ταύτην δὲ μοι scripsi ταύτην δὴ μοι, Kiess

86) εἰρηνοποιὸν τὸ] Sic recte MS. pro εἰρηνοποιόντο, quod in priore Edit. legitur. Kust.

ποιεῖται. καὶ 87) τὸ ζυγὸν δὲ μὴ ὑπερβαίνειν, δικαιοσύνης ἐστὶ παρακέλευσμα, πάντα τὰ δίκαια παραγγέλλον ἀσκεῖν, ὡς 88) ἐν τοῖς περὶ συμβόλων δειχθήσεται. πέφηνεν ἄρα διὰ πάντων τούτων μεγάλην σπουδὴν περὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης ἄσκησιν καὶ παράδοσιν εἰς ἀνθρώπους πεποιημένος Πυθαγόρας, ὡς ἐν τοῖς ἔργοις καὶ ἐν τοῖς λόγοις.

Κ Ε Φ. λά.

187 Ἐπεταὶ δὲ τῷ περὶ τούτων λόγῳ ὁ περὶ σωφροσύνης, ὡς τε αὐτὴν ἐπετίδενυσε καὶ παρέδωκε τοῖς χρωμένοις. 1) εἴρηται μὲν οὖν ἤδη (157) τὰ κοινὰ παραγγέλματα περὶ αὐτῆς, ἐν οἷς πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὰ ἀσύμμετρα πάντα ἀποκόπτειν διώρισται. τοῦ δὲ αὐτοῦ εἵδους ἐστὶν 2) ἀποχὴ ἐμψύχων ἀπάντων καὶ προσέτι βρωμάτων τινῶν ἀκολάστων, καὶ τὸ παρατιθέσθαι μὲν ἐν ταῖς ἐστιάσεσι τὰ ἡδέα καὶ πολυτελῆ ἐδέσματα, ἀποπέμπεσθαι δὲ αὐτὰ τοῖς οἰκέταις ἔνεκα τοῦ κολάσαι 3) μόνον τὰς ἐκθυμίας παρατιθέμενα· καὶ τὸ χρυσὸν ἐλευθεράν μηδεμίαν φορεῖν, μόνον δὲ τὰ ἐταίρας. καὶ 4) αἰ ἐπήρεια δὲ αἰ τοῦ λο-

87) τὸ ζυγόν] Ita recte Ciz. Vid. Protreptic. p. 312 et 340. In Edd. Arc. et Kust. τὸν ζυγόν. Kiess.

88) ἐν τοῖς περὶ συμβόλων] Intelligit Protrepticum, in quo de Symbolis Pythagoreorum agit. Kust. Vid. ad Protrept. p. 331. Pro παραγγέλλον in Ciz. es παραγγέλλον. Kiess.

1) εἴρηται μὲν οὖν ἤδη] Supra, cap. VII. Kust.

2) ἀποχὴ ἐμψύχων ἀπ.] Confer supra, Num. 68. Kust.

illis etiam alatur. Praeterea symbolum illud, stateram non esse transiliendam, ad iustitiam quoque adhortatio est; omniaque iuste agere praecipit: vti demonstrabitur, cum *de symbolis* agemus. Hisce sane omnibus ingens prae se studium tulit Pythagoras, vt hominibus iustitiam verbis pariter factisque excolendam traderet.

C A P. XXXI.

Hisce ita expositis, sequitur, vt de temperantia agamus: vbi dicendum erit, quemadmodum et ipse illam excoluerit, et familiaribus suis tradiderit. Ac communia quidem eius praecepta iam superius commemorata sunt, quibus omnia immoderata igne ferroque praescindenda esse definitum fuit. Eiusdem generis est abstinentia ab animalibus; itemque a cibis gulae irritamenta habentibus rationisque impredientibus promptitudinem et integritatem: sed et eodem pertinet, quod epulae suaues et opiparae in conuiujs apponebantur quidem, sed ad seruos mox ablegabantur, ad appetitum quippe coercendum duntaxat appositae: et quod nullam ingenuam mulierem, sed solas meretrices aurum gestare voluit. Deinde taci-

3) *μόνον*] Ciz. et Par. *μόνας*; male. Aduerbium *μόνον* pertinet ad solum infinitiuum *κολάσαι*. *Kiess*,

4) *αἱ ἐπήρκειαι δὲ αἱ τοῦ λογισμοῦ καὶ αἱ εἰλικρ.*] Haec

γισμοῦ, καὶ αἱ εἰλικρίνειαί τῶν ἐμποδιζόντων
 188 τοῦ αὐτοῦ εἶδόν εἶδους. "Ἐτι δὲ ἐχεμυθία τε
 καὶ παντελὴς σιωπὴ πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν
 συνασκοῦσα, ἥ τε σύντονος ⁵⁾ καὶ ἀδιάπνευστος
 περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων ἀνά-
 ληψις τε καὶ ἐξέτασις, ⁶⁾ διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ
 ἀοινία καὶ ὀλιγοσιτία καὶ ὀλιγοῦπνία, δόξης
 τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτίθουτος
 (158) ⁷⁾ κατεξανάστασις, καὶ αἰδῶς μὲν ἀνυπόκριτος
 πρὸς ⁸⁾ τοὺς προσήκοντας, πρὸς δὲ τοὺς ὁμί-
 λικας ἄπλαστος ὁμοιότης καὶ φιλοφροσύνη,
 9) συνεπίστασις δὲ καὶ παρόρμησις πρὸς τοὺς
 νεωτέρους ὑθόνου χωρίς, καὶ πάντα ὅσα τοι-
 189 αῦτα, εἰς τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ταχθήσεται. Καὶ
 ἐξ ὧν δ' Ἰαπόβοτος καὶ Νεάνθης περὶ Μυλ-
 λίου καὶ Τιμίχας τῶν Πυθαγορείων ἱστοροῦσι,

in aliènum locum reiecta sunt, et adeo turbata, ut
 nec caput nec pes verae sententiae in illis appareat.
 Coniungenda enim sunt cum praecedentibus illis,
 βρομάτιον τινῶν ἀκολάσιων, eademque sic scribenda,
 ταῖς ἀγρυπνίαις καὶ ταῖς τοῦ λογισμοῦ εἰλικρινείαις ἐμποδι-
 ζόντων. Vide Nos supra ad Num. 68. vbi idem locus
 occurrit. Kust. Ciz. εἰλικρίνειαί. Scaliger emendat:
 αἱς εἰλικρίνειαί αὐτοῦ ἐμποδιζονται. Kiess.

5) καὶ ἀδιάπνευστος] Schefferus de Philos. Ital. p. 115.
 vertit: Ac ne minimo quidem spiritu proderent doctrinas.
 Rectius Obrechtus. Locus autem hic non solum le-
 gitur supra, Num. 68. sed etiam infra, Num. 225.
 Kust. Θεωρημάτων ἀνάληψις est theorematum tractatio.
 Conf. Stephan. Thes. sub v. ἀνάληψις, tom. II. p. 561.
 Kiess.

6) διὰ τὰ αὐτὰ δὲ] Ita scripsi auctoritate Cod. Ciz. pro
 διὰ δὲ τὰδε, quae est lectio editionum Arc. et Kusteri.
 Deinceps Ciz. ἀοινία. Kiess.

turnitas, et omnibus numeris absolutum silentium, quo linguae continentia exercebatur: porro intenta et continua ruminatio et peruestigatio difficillimarum speculationum, et propter ista cibi somnique parsimonia; tum gloriae, diuitiarum, similiumque inaffectedatus contemptus; seniorum sincera et infucata reuerentia; erga pares aequalitas humanitasque non ficta; iuniorum directio et adhortamenta inuidia vacua, omniaque id genus alia ad hanc eandem virtutem referenda erunt. Licebit praeterea virorum illorum continentiam, et quomodo illam Pythagoras docuerit, ex iis etiam co-

7) *κατεξανάστασις*] Vocem hanc Lexica vulgata ignorant; nec eam temere alibi reperias. Exstat tamen etiam apud Longinum Cap. VII. Num. 6. vbi Faber existimabat, vocem illam nusquam alibi reperiri. Significat autem *κατεξανάστασις* proprie *animum contra aliquid insurgendi*; vel vna voce, *contemptum*, vt Obrechtus recte reddidit. Nam supra Num. 69. vox haec cum *καταφρόνησις* iungitur. Eandem significationem vox ista habet apud Longinum dicto loco: quamuis Faber eam aliter, i. e. male, illic interpretetur. *Kust.* De verbo *κατεξανιστάσθαι* vid. Fabricius ad Sextum Empir. p. 487. *Kiess.*

8) *τοὺς προήκοντας*] Scribendum videtur *προήκοντας*, scil. *καθ' ἡλικίαν*, quod aliis locis additur, at hic ex *δμήλικας*, quod sequitur, facile subintelligitur. Etiam Obrechtus vertit *seniores*. Pro *δμήλικας* Ciz. *δμήλικας*. *Kiess.*

9) *συνεπίστασις*] Supra, Num. 69. minus recte legitur, *συνεπίστασις*. *Kust.*

μαθεῖν ἔνεστι τὴν ἐκείνων ¹⁰⁾ τῶν ἀνδρῶν σω-
 φροσύνην, καὶ ὅπως αὐτὴν Πυθαγόρας παρέ-
 δωκε. τὸν γὰρ Διονύσιον τὸν τύραννόν ¹¹⁾ φα-
 σιν, ὡς πάντα ποιῶν οὐδενὸς αὐτῶν ἐπετίγ-
 χανε τῆς φιλίας, φυλαττομένων καὶ περιϊστα-
 μένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον,
 λόχον τινὰ τριάκοντα ἀνδρῶν, ἡγουμένου Εὐ-
 ρυμένους Συρακουσίου, Δίωνος ἀδελφοῦ, ἐπι-
 πέμψαι τοῖς ἀνδράσι, ¹²⁾ λοχήσοντα τὴν μετὰ-
 βασιν αὐτῶν τὴν ἀπὸ Τύραντος εἰς Μεταπόν-
 τιον εἰωθυῖαν κατὰ καιρὸν γίνεσθαι. ἡρμό-
 ζοντο γὰρ πρὸς τὰς τῶν ¹³⁾ ὥρῶν μεταβολάς,
 καὶ τύπους εἰς τὰ τοιαῦτα ἐπιλέγοντο ἐπιτη-
¹⁹⁰ δείους. ¹⁴⁾ Ἐν δὲ Φάλαις, χωρὶς τῆς Τύραν-
 τος φαραγγώδει, καθ' ὃ συνέβαινε αὐτοῖς
⁽¹⁵⁹⁾ ἀναγκαίως τὴν ὁδοιπορίαν ¹⁵⁾ γενίσεσθαι, ἐλό-
 χα κατακρύψας τὸ πλῆθος ὁ Εὐρυμένης. ἐπει-
 δὴ δὲ οὐδὲν προειδόμενοι ἀφίκοντο οἱ ἄνδρες
 περὶ μέσον ἡμέρας εἰς τὸν τόπον, ¹⁶⁾ ληστρι-

10) τῶν ἀνδρῶν] Ciz. τῶν ἀδελφῶν. De Neanthe Cyziceno, qui sub Analo librum de Pythagoreis scripsit, vid. Meiners. p. 231. sq. Athen. XII. 602. c. d. Kiess.

11) φασιν, ὡς πάντα] Ciz. pro his, φησὶν πάντα. Idem deinceps pro λόχον cum Arc. habet λόχην, et tam συρακουσίου. Kiess.

12) λοχήσοντα] Ciz. et Pat. λοχήσαντα. Tum Ciz. εἰωθυίαν. Ibidem locus τὴν μετὰβασιν — εἰωθυίαν bis scriptus est. Kiess.

13) ὥρῶν] Ex MS. pro ὁρῶν: quod Arcerius montium verterat; haud parum sane a loci huius sensu aberrans. Kust.

14) Ἐν δὲ Φάλαις] Sic MS. At prior Edit. corrupte

gnoscere, quae Hippobotus et Neanthes de Myllia et Timycha Pythagoreis memoriae prodiderunt. Referunt enim, Dionysium tyrannum, quum nihil inexpertum omitteret, non potuisse tamen vllius Pythagorei amicitiam sibi conciliare; vtpote qui ingenium eius imperiosum et a legum obseruatione abhorrens caute declinabant. Turmam itaque triginta militum, duce Eurymene Syracusano, Dionis fratre, viris immisisse, vt, quum pro more et temporis ratione Metapontum Tarento commigrarent, iis insidias tenderet: in vsu quippe habebant, vt pro diuersis anni tempestatibus domicilium mutarent, et loca huic rei apta seligerent. Itaque in agro Tarentino, regione conuallibus obsita, quam *Phalas*, i. e. cacumina siue apices nominabant, qua illis necessario transeundum erat, copias suas Eurymenes in insidiis collocauerat: quumque Pythagorei nihil tale metuentes circa meridiem eo peruenissent, milites, clamore

et nullo sensu, ἐν δὴ Φάλας. Kust. Scaliger, Φάλαις. Obrechtus locum ita vertit, quasi Φάλαι idem esset quod φάλοι. Kiess.

15) γενήσεσθαι] Ita recte Ciz. Idem in Arceii codice scriptum fuisse videtur, quum eius editio praebeat γενήσασθαι. In Kust. edit. est γίνεσθαι. Etiam in marg. Spanh. e Par. γενήσεσθαι notatum est. Kiess.

16) ληστρικῶς αὐτοῖς ἐπαλαλάξαντες] Ciz. ληστρικοῖς αὐτοῖς ἐπαλλάξαντες. Kiess.

κῶς αὐτοῖς ἐπαλαλάξαντες ἐπέθεντο οἱ στρα-
τιῶται. οἱ δὲ ἐκταραχθέντες μετ' εὐλαβείας
ἅμα τε ¹⁷⁾ διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ αὐτὸ τὸ πλη-
θος (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ σύμπαντες δέκα πῦν τὸν
ἀριθμόν), καὶ ὅτι ἄνοπλοι πρὸς ποικίλῃς ὁ-
πλισμένους ¹⁸⁾ διαγωνισόμενοι ἔμελλον ἀλίσκ-
σθαι, δρόμῳ καὶ φυγῇ διασώζειν αὐτοὺς δι-
γνώσαν, οὐδὲ τοῦτο ἀλλότριον ἀρετῆς τιθέμε-
νοι· τὴν γὰρ ἀνδρείαν ¹⁹⁾ ἤδεισαν, φευκτέαν
τε καὶ ὑπομενετέων ἐπιστήμην, ὥς ἂν ²⁰⁾ ὁ ὀρ-
θὸς ὑπαγορεύῃ λόγος· καὶ ἐπετύγγανον δὲ ἡδη
¹⁹¹ τούτου. ²¹⁾ Βαρούμενοι γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀτε-
λείποντο ²²⁾ οἱ σὺν Εὐρυμένει τοῦ διαγμου,
²³⁾ εἰ μὴ περ φεύγοντες ἐνέτυχον πεδίῳ τινὶ
κυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ τεθηλότι ἐκάνῳ· καὶ
μὴ βουλόμενοι δόγμα παραβαίνειν, τὸ κελεύον,
κυάμων μὴ θιγγάνειν, ἔσθησαν, καὶ ὑπ' ἀνάγ-
κης λίθοις καὶ ξύλοις καὶ προστυχοῦσιν ἑκα-
στος μέχρι τοσοῦτου ἡμύνοντο τοὺς διώκον-
τας, μέχρι τινὰς αὐτῶν μὲν ἀνηρηκέναι, πολ-

¹⁷⁾ διὰ τὸ αἰφνίδιον] In cod. Ciz. ut in Arc. edit.
deest διὰ, idemque codex post δέκα non habet πῦν.
Kiess.

¹⁸⁾ διαγωνισόμενοι] Ciz. διαγωνισάμενοι (cum edit. Arc.)
ἔμελλον. Idem deinceps αὐτοὺς pro αὐτοῖς. Kiess.

¹⁹⁾ ἤδεισαν] Ita scripsi e Ciz. pro ἡδη, quod habent
edd. Arc. et Kust. Illam veram lectionem etiam
Obrechtus expressit, qui cetera paulo licentius tracta-
vit. Deinceps Ciz. φευκτέον — ὑπομενετέον ἐπιστήμη.
E Par. in marg. Spanh. pro ἡδη notatum est εἶδη. Kiess.

²⁰⁾ ὁ ὀρθὸς ὑπαγορεύῃ] Sic dedi e Ciz. Nam in ed.
Arc. est ὀρθὸς ὑπαγορεύη, et in Kuster. ὀρθὸς ὑπαγο-

edito, latronum more in eos irruerunt. Illi vero re improuisa, numeroque insidiantium, (nam ipsi non amplius decem erant,) in metum terroremque coniecti, ac se facile captum iri rati, quod inermes aduersus perarmatos pugnaturi essent, cursu fuga-que sibi consulere decreuerunt, minime id a virtute alienum existimantes; quippe qui probe nouerant, fortitudinem fugiendorum et sustinendorum, prout recta ratio dictaverit, scientiam esse. Nec cesserat infelicit-ter consilium; siquidem Eurymenis milites armis graues fugientibus segnius instabant; nisi ad campum fabis consitum affatimque iam florentem peruenissent. Tum enim dogma illud, quod fabas attingere vetabat, violare abnuentes, pedem fixerunt, et necessitate compulsi lapidibus, fustibus, et aliis, quaecunque prae manibus erant, tamdiu se contra hostes defenderunt, donec quidam ex ipsis caesi, plures vulnerati, de-

γεῖνοι, vtraque omittente articulum, qui hic quidem necessarius est, et a proximo δ facile potuit deuorari. *Kiess.*

21) Βαρούμενοι] Ita Kust. et Ciz. In Arc. est βαρόμενοι. Scal. βαγνόμενοι. Forsitan legendum βεβαρημένοι. *Kiess.*

22) οἱ σὺν Εὐρυμένει] Sic recte MS. pro corrupto οἱ συνευόμενοι, quod prior Edit. habet. *Kust.*

23) εἰ μὴ περ φεύγοντες] Prior Editio habet, εἰ μὴ περιφύγοντες. At nos repraesentauimus hic lectionem codicis MS. *Kust.*

λους δὲ τετραυματικένας. πάντας μὲν ὑπὸ τῶν
 (160) δορυφόρων ἀναιρεθῆναι, καὶ μηδένα τοπαρά-
 παν ζωγρηθῆναι, ἀλλὰ πρὸ τούτων θάνατον
 192 ἄσμενίσαι κατὰ τὰς τῆς αἰρέσεως ἐντολάς. Ἐν
 συγχύσει δὲ πολλῇ τὸν τε Εὐρυμένην καὶ τοὺς
 σὺν αὐτῷ ²⁴⁾ καὶ οὐ τῇ τυχούσῃ γενέσθαι, εἰ
 μηδὲ ἓνα ζῶντα ἀγάγοιεν τῷ πέμψαντι Λο-
 νυσίῳ, εἰς αὐτὸ μόνον τοῦτο προτρεψάμενοι
 αὐτούς. ²⁵⁾ γῆς οὖν ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι,
 καὶ ἡρώον ²⁶⁾ πολυάνδριον ἐπιχώσαντες ἀπό-
 θι, ὑπέστρεφον. εἴτα αὐτοῖς ἀπήντησε ²⁷⁾ Μυλ-
 λίας Κροτωνιάτης καὶ Τιμύχα Λακεδαιμονία,
 γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολελειμμένοι τοῦ πλήθους, ὅτι
 ἔγκυος οὖσα ἡ Τιμύχα τὸν δέκατον ἤδη μήνα
 εἶχε καὶ σχολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. τούτους
 δὲ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν τύραννον
 ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας
 193 διασώσαντες. Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων δια-
 πυθόμενος καὶ σφόδρα ²⁸⁾ ἀθυμήσας ἔφαιεν.
 Ἀλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπὲρ πάντων τῆς ἀξίας
 τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἴ μοι ²⁹⁾ συμβα-
 σιλεῦσαι θελήσετε. τοῦ δὲ Μυλλίου καὶ τῆς

²⁴⁾ καὶ οὐ τῇ τυχούσῃ] In Ciz. deest καὶ. Ibidem
 deinceps scribitur, εἰ μὴ δὲ ἓνα. Kiess.

²⁵⁾ γῆς] Reinesius corrigit γῆν, siue causa. De for-
 mula ἐπαμήσασθαι γῆν conf. Doruill. ad Chariton. p.
 422. Ed. Lips. Kiess.

²⁶⁾ πολυάνδριον] De hoc vocabulo conf. Perizonius ad
 Aelian. V. H. XII. 21. p. 132. ed. Kühn. Irmisch.
 ad Herodian. lib. IV. cap. IX. p. 956. et qui laudan-
 tur in Indice Aesopi Fabul. edit. Heusing. 1810. Kiess.

nique omnes a satellitibus interfecti sunt: neque enim vllus eorum viuus capi sustinuit, sed omnes secundum sectae suae regulas occumbere maluerunt. At Eurymenes eiusque satellites valde conturbati erant, quod ne vnum quidem ad Dionysium adducere possent, quum tamen in hunc vnice finem a tyranno missi essent. Terra itaque caesis iniecta, communique tumulto iis ibidem extructo, domum ire parabant, quum iis forte obuui facti sunt Myllias Crotoniates et Timycha Lacaena, vxor eius, quos reliqua multitudo a tergo reliquerat, quia Timycha iam decem mensibus grauida tardius incederet. Hos igitur viuos in potestatem redactos ad tyrannum laeti deduxerunt, nullo studio curaue ommissa, quo illos incolumes conseruarent. Dionysius autem, cognito, quod acciderat, grauem moerorem prae se tulit: Vos vero, ait ad Mylliam et Timycham, prae omnibus dignos a me honores consequemini, si in regni consortium mecum venire volueritis. quae pro-

27) *Μυλλίας*] Ciz. *μυλλίας*. Idem paulo post *ἔγγυος* pro *ἕγγυος*. *Kiess*.

